

Q. g. 12.

Res 3

C. 10

7n



V  
N  
A.

D SEB.  
M,


A la peace de l'abanz  
gist bonne fortune.

— 1. Enq. Supm. & fornicationis  
Juberat Propri. & Elend au bon  
vibuz de 2<sup>o</sup> 1029 1/2.

Reman patiente & lab  
de ut. dicit neq. ut  
fra. & alii. Inm. lab.  
a. les. <sup>mes. d. m. d. m. d. m.</sup> ~~imp. l. t. a. n. f. l. d.~~  
~~sum. s. u. a. t. q. u. e. l. u. o. b. a. g.~~  
atq. l. e. t. u. t. o. p. t. i. m. e. d. i. r. t.  
g. o. r. g. e. h. ? | C. e. s. t. s. u. o. q. u. e.  
a. m. i. n. o. e. u. r. i. o. t. o. t. i. m. p. l. o. r.




AELII  
**DONATI**  
**METHO.**

D V . S,  


*Primum Scholijis utilissimis illustrata , opera  
 D. Henrici Glareani Poetae laureati: deinde octo eiusdem Epitomis, siue Tractatibus  
 aucta, quorum elenchum sequens complectitur  
 pagella.*


VIRTUTE DVCE,



COMITE FORTVNA.



LVGDVNI APVD SEB.  
 GRYPHIUM,  
 1545.



hic lib. fuit Guil. Brousteru. Antecess.  
Aureol. nunc est usus Studios. cum.

# HENRICI GLA.

REANI AD D. NICOLA-  
VM A' DIESBACH IVNIO-  
REM IN METHODVM  
DONATI PRAE-  
FATIO.



**P**LVRIMVM apud quosdam dubi-  
tari solet, quid causa sit, quòd Gramma-  
tici, literarum censors, passim apud scri-  
ptores tam malè audiant: cum ea tamen  
professio maximè sit necessaria, & om-  
nium scientiarum uelut fundamentum: sine qua quidem  
reliquum in literis frustra superstruetur, autore Quinti-  
liano. Sed id ego quidem conijcio partim accidere uitio  
professorum, partim uitio iudicantium. Professores ipsi,  
sæpe nihil minus quàm ueri Grammatici, plerunque plus  
audent, quàm uel professio poscat, uel ipsi ingenio asse-  
quantur: quod heu nimium sæpe uidemus hoc seculo, quo  
quidam uix prima literarum elemèta edocti, statim de lin-  
guis, philosophia, disciplinisq; omnibus iudicant, perinde  
atque ipsi percepta habeant, quæ uix extremis digitis at-  
tigère. Iudices uerò Grammaticorum & ipsi sæpe iniqui  
sunt, maximè cum putant, Grammatici nomen ijs dunta-  
xat conuenire, qui de literis ac syllabis, orationisq; par-  
tibus tractant, ac dictionum syntaxi: cum nomen Gram-  
matici sit longe excellentius, ac latius patens, & quod  
propèmodum hominem exigat plusquàm polyhistora,  
qui scientiarum circulum, quam Græci Cyclopedian uo-  
cant, compleuerit. Quales apud Græcos Apollodorus, &  
Aristarchus, aut etiã Aristoteles: nam & ille in extrema

4  
 senectute Grammatica tractasse dicitur. Aut apud Latinos, post Ciceronis tempora, Donatus & Seruius. Quod Quintilianus etiam, ut reliquos taceam, eleganter ac breuibus uerbis libro primo attestatur, Musices cognitionē, astrorum peritiā, Physices intelligentiam Grammaticum habere, ac omnino historię ac eloquentię peritum esse debere. Verumenimvero in tradenda hac utilissima arte, multo grauius peccatur, dum alij ad ostentationem multa nullia preceptionum accumulānt, quemadmodum Priscianus loquacissimus, meo quidem iudicatu, auctor. Alij dum breues esse uolunt, omnia obscurant: & necessarijs saepe omisis, quę minus necessaria sunt, inculcant, ac uice oraculi produnt: parco hęc nominibus. Vnus Donatus, uir cum magni ingenij, tum summi iudicij, regiam ingressus uiam, Methodū nobis exhibuit, auro, margaritisq; pretiosiore, breuitate superantem ipsam breuitatem, fecunditate ipsam copiam, tanto consilio, tantaq; cura scriptam, ut sit doctis hominibus miraculo. Cuius rei euidentis exemplum est, quod cum intra octingentos hos annos, optimi quique autores, & Latini & Graci, ex omnibus scholis eieci ac explōsi essent, soli q; regnarent barbari, Floristę, Huguitiones, Mammatrecci, & nescio qui alij ignobiliores: hic tamen, hic inquam uerē aureus libellus hęsit, & utcunque autēticum obtinuit locum. Videbant, opinor illi, etiam barbari nullam esse hac breuiorem uiam ad celeriter perdiscendam Grammaticen: idcoq; loco non mouerūt. Sed eum ipsum tamen, quod dolendum est, ita tractarunt, ut plenus mendis, erroribusq; in manibus iuuenum teneretur. Neque enim dicam, nō intelligeretur: quando etiamnum hodie, florentibus iam magis studijs, sunt magni quidam nominis Grammatici strenuē adhuc

adhuc sudantes, nec planè intelligentes, qua ratione sint quaedam præter aliorum Grammaticorum institutionem apud Donatū descripta: quemadmodum Coniugationum traditio, & alia nonnulla in scholijs nostris obiter indicata. His autem mendis ac erroribus pro uirili medicam adhibuimus manum. Nec contenti hoc, adiecimus insuper, ut Grammatices totius uelut integraretur corpus, septem Tractatulos breues, ac succinctos, ut compendiosissimæ Donati methodo aliqua saltem ex parte responderent, ac inseruirent: neq; enim decuit pedisse quas hera longiorem trahere pallam. In singulorum autem tractatuum initio paululum præfabimur, ac de sua cuiusque materia lectorem admonebimus. Faxit Deus Opt. Max. ita omnibus studiosis adolescentibus hic labor noster prosit, ut publicæ utilitatis gratia est susceptus. Nam ego satis præmij laborum meorum laturus mihi uideor, si sciam per hæc aliquot adiutos ad bonorum autorum lectionem. Accipe igitur optime Nicolæi tui Glareani uigilijs. Scio maiori-  
 bus longè muneribus te dignum, attamen ex his de-  
 bebunt tibi & studiosi iuuenes, & boni præ-  
 ceptores, ad quoscunque aliquid fructus  
 à nobis permanabit. Tu bene uale,  
 ac me ut assoles ama. Friburgi  
 Brisgoiæ, Anno à Chri-  
 sti natali 1534  
 Idibus Iu-  
 nij.

6

ELENCHVS OCTO TRA-  
CTATVM D. HENRICI  
GLAREANI.

- I De generibus nominum.
- II De nominum declinationibus.
- III De gradibus comparationis.
- IIII De heteroclitis.
- V De uerborum cōiugationibus & formis: Item  
de defectiuis & anomalis.
- VI De constructionis regulis & syntaxi.
- VII De syllabarum quantitate, pedibus, & car-  
minum generibus.
- VIII De figuris.

# DONATVS

DE OCTO PARTI-

BVS ORATIO-

NIS.

\*



ARTES orationis quot sunt?  
Octo. Quæ? Nomen, Pronomen, Verbum, Aduerbum, Participium, Cōiunctio, Præpositio, Interiectio. Nomen NOMEN

quid est? Pars orationis, cum casu, corpus aut rem proprie communiter ue significans. Proprie, ut Roma, Tyberis: Cōmuniter, ut urbs, flumen. Nomini quot Accidentia nominis. accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Casus. Qualitas nominū Qualitas. in quo est? Bipertita est. Quomodo? Aut enim unius nomen est, & proprium dicitur: aut multorum, & est appellatiuū. Comparatio. Comparationis gradus quot sunt? Tres. Qui? Positiuus, ut doctus: Comparatiuus, ut doctior: Superlatiuus, ut doctissimus. Quæ nomina comparantur? Appellatiua duntaxat, qualitatē aut quantitatem significantia. Qualitatē, ut bonus, malus: Quantitatē, ut magnus, paruus. Comparatiuus gradus cui casui seruit? Ablatiuo, utriusque numeri sine præpositione. Quomodo? Dicimus enim, doctior illo; uel doctior illis. Superlatiuus cui? Genitiuo tantum plurali, uel collectiuo singulari. Quomodo? Dicimus enim, doctissimi

mus poëtarum fuit Vergilius, uel optimus plebis.

*Genus.* Genera nominum quot sunt? Quatuor. Quæ?  
 Masculinum, ut hic magister, Fœmininū, ut hæc  
 musa: Neutrum, ut hoc scamnum: Commune, ut  
 hic & hæc sacerdos. Est præterea trium generum,  
 quod Omne dicitur, ut hic & hæc & hoc felix. Est

*Numerus.* Epicœnum, id est, Promiscuum genus, ut hic  
 passer, hæc aquila, mustella, miluus. Numeri no-  
 minum, quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic

*Figura.* magister: Pluralis, ut hi magistri. Figuræ nomi-  
 num quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, ut decens,  
 potens: Composita, ut indecens, impotens. Quot  
 modis nomina componuntur? Quatuor. Quibus?  
 Ex duobus integris, ut suburbanus: Ex duobus  
 corruptis, ut efficax, municeps: Ex integro & cor-  
 rupto, ut ineptus, insulsus: Ex corrupto & integro,  
 ut nugigerulus: Aliquando ex quampluribus, ut

*Casus.* inexpugnabilis, imperterritus. Casus nominum  
 quot sunt? Sex. Qui? Nominatiuus, Genitiuus, Da-  
 tiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, & Ablatiuus. Per  
 hos enim casus, omnium generum Nomina, Pro-  
 nomina, Participia declinantur, hoc modo:

*Sancto  
 Sephiano  
 su mly* **M** Agister nomen appellatiuū, generis mascu-  
 lini, numeri singularis, figuræ simplicis, ca-  
 sus nominatiui & uocatiui, quod declinabitur sic:  
 Nominatiuo, hic magister. Genitiuo, huius magi-  
 strī. Datiuo, huic magistrō. Accusatiuo, hūc magi-  
 strūm. Vocatiuo, ô magister. Ablatiuo ab hoc ma-  
 gistrō. Et pluraliter nominatiuo, hi magistrī. Geni-  
 tiuo horum magistrorūm. Datiuo, his magistrīs.  
 Accusatiuo, hos magistrōs. Vocatiuo, ô magistri.

Ablat



Ablatiuo, ab his magistris.

**M**Vsa nomen appellatiuū, generis fœmini-  
ni, numeri singularis, figuræ simplicis, casus  
nominatiui & uocatiui & ablatiui, quod decli-  
nabitur sic: Nominatiuo, hæc musã. Genitiuo, hu-  
ius musæ. Datiuo, huic musæ. Accusatiuo, hæc mu-  
sã. Vocatiuo, ô musã. Ablatiuo, ab hac, musã. Et  
pluraliter, Nominatiuo, hæc musæ. Genitiuo, harū  
mufarūm. Datiuo, his musis. Accusatiuo, has mu-  
sas. Vocatiuo, ô musæ. Ablatiuo, ab his musis.

**S**camnum nomen appellatiuum, generis neu-  
stri, numeri singularis, figuræ simplicis, casus  
nominatiui & accusatiui & uocatiui, quod decli-  
nabitur sic: Nominatiuo, hoc scamnū. Genitiuo,  
huius scamni. Datiuo, huic scamnō. Accusatiuo,  
hoc scamnū. Vocatiuo, ô scamnū. Ablatiuo,  
ab hoc scamnō. Et pluraliter, Nominatiuo, hæc  
scamnã. Genitiuo horum scamnorū. Datiuo, his  
scamnīs. Accusatiuo, hæc scamnã. Vocatiuo, ô  
scamnã. Ablatiuo, ab his scamnīs.

**S**Acerdos nomen appellatiuū, generis commu-  
nis, numeri singularis, figuræ simplicis, casus  
nominatiui & uocatiui, quod declinabitur sic: No-  
minatiuo, hic & hæc sacerdos. Genitiuo, huius sa-  
cerdotis. Datiuo, huic sacerdoti. Accusatiuo, hunc  
& hanc sacerdotē. Vocatiuo, ô sacerdos. Ab-  
latiui, ab hoc & ab hac sacerdotē. Et pluraliter, No-  
minatiuo, hi & hæc sacerdotēs. Genitiuo, horum  
& harum sacerdotū. Datiuo, his sacerdotibus.  
Accusatiuo, hos & has sacerdotēs. Vocatiuo, ô sa-  
cerdotēs. Ablatiuo, ab his sacerdotibus.

**F**elix nomen appellatiuum generis omnis, numeri singularis, figuræ simplicis, casus nominatiui, & accusatiui & uocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo, hic & hæc & hoc felix. Genitiuo, huius felicis. Datiuo huic felicī. Accusatiuo, hunc & hanc felicem, & hoc felix. Vocatiuo, ô felix. Ablatiuo, ab hoc & ab hac & ab hoc felicē uel felicī. Et pluraliter, Nominatiuo, hi & hæc felicēs, & hæc feliciã. Genitiuo horum & harum & horum feliciũ. Datiuo, his felicibũs. Accusatiuo, hos & has felicēs, & hæc feliciã. Vocatiuo, ô felicēs & ô feliciã. Ablatiuo, ab his felicibũs.

**F**ructus nomen appellatiuũ, generis masculini, numeri singularis, figuræ simplicis, casus nominatiui & genitiui & uocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hic fructũs. Genitiuo huius fructũs. Datiuo, huic fructuĩ. Accusatiuo, hunc fructũm. Vocatiuo, ô fructũs. Ablatiuo, ab hoc fructũ. Et pluraliter, Nominatiuo, hi fructũs. Genitiuo, horum fructuũm. Datiuo, his fructibũs. Accusatiuo, hos fructũs. Vocatiuo, ô fructũs. Ablatiuo, ab his fructibũs.

**S**pecies nomen appellatiuũ, generis foeminini, numeri singularis, figuræ simplicis, casus nominatiui & uocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo, hæc speciēs. Genitiuo, huius specieĩ. Datiuo, huic specieĩ. Accusatiuo, hanc speciẽm. Vocatiuo, ô speciēs. Ablatiuo, ab hac specie. Et pluraliter, Nominatiuo, hæc speciēs. Genitiuo, harum specierũm. Datiuo, his speciebũs. Accusatiuo, has speciēs. Vocatiuo, ô speciēs, Ablatiuo, ab his speciebũs.

**P**rima declinatio quot literas terminales habet? Duas. Quas? a, & s. Quot terminationes? Tres. Quas? a, as, es. Da exemplum. a, ut poëta. as, ut Acneas. es, ut Anchises. Quæ est agnitio primæ declinationis? Hæc est, cuius genitiuus & datiuus singulares, & nominatiuus & uocatiuus plurales in æ diphthongon desinunt. Accusatiuus in am correptâ. Vocatiuus, similis est nominatiuo. Ablatiuus in â productâ. Genitiuus pluralis in arum correptam. Datiuus & ablatiuus in is productâ. Accusatiuus in as productam.

**S**ecunda declinatio quot literas terminales habet? Tres. Quas? r, s, m. Quot terminationes? Sex. Quas? er, ir, ur, us, eus, um. Da exemplum. Er, ut sacer. ir, ut uir. ur, ut satur. us, ut dominus. eus, ut Tydeus. um, ut templū. Quæ est agnitio secundæ declinationis? Hæc est, cuius genitiuus singularis, & nominatiuus & uocatiuus plurales in i productam desinunt. Datiuus & ablatiuus in o productam. Accusatiuus in um correptam. Quâdo nominatiuus in r uel in m desinit, similis erit uocatiuus. Quando in us, us mutatur in e, ut dominus domine. Quâdo uero in ius, si sint propria nomina, abiecta us fit uocatiuus in i. Vergilius Vergili. Et unum appellatiuum, quod est filius, ut ô fili. Genitiuus pluralis in orum correptam. Datiuus & Ablatiuus in is productam. Accusatiuus in os productam, uel in a correptam.

**T**ertia declinatio quot literas terminales habet? Decē. Quas? a, e, o, c, l, n, r, s, t, x. Da exemplum. a, ut poëma. e, ut monile. o, ut uirgo. c, ut lac. l, ut mel.

ut mel. n, ut nomen. r, ut pater. s, ut ciuitas. t, ut caput. x, ut felix. Quot terminationes? Septuaginta octo, uel paulò plus. Quæ est agnitio tertiæ declinationis? Hæc est cuius genitiuus singularis in is correptâ definit. Datiuus in i productam. Accusatiuus in em uel in im correptâ. Vocatiuus similis est nominatiuo. Ablatiuus in e correptam, uel in i productam. Nominatiuus & accusatiuus & uocatiuus plurales in es productam, uel in a correptam. Genitiuus pluralis in um uel in ium correptam. Datiuus & ablatiuus in ibus correptam.

**Q**uarta declinatio quot literas terminales habet? Duas. Quas? s, & u. Quot terminationes? Similiter duas. Quas? us & u. Da exemplum: us, ut manus. u, ut cornu. Quæ est agnitio quartæ declinationis? Hæc est, cuius genitiuus singularis & nominatiuus & accusatiuus & uocatiuus plurales in us productâ definiunt. Datiuus in ui productam. Accusatiuus in um correptâ. Vocatiuus similis est nominatiuo. Ablatiuus in u productâ. Genitiuus pluralis in uum correptam. Datiuus & ablatiuus in ibus correptam.

**Q**uinta declinatio quot literas terminales habet? Vnam. Quam? s. Quot terminationes? Similiter unam. Quam? es productâ, ut dies. Quæ est agnitio quintæ declinationis? Hæc est, cuius genitiuus & datiuus singulares in ei diuisas syllabas definiunt. Accusatiuus in em, correptam. Vocatiuus similis est nominatiuo. Ablatiuus in e productam. Nominatiuus & accusatiuus & uocatiuus plurales in es productam. Genitiuus pluralis

ralis

ralis in erum correptam. Dativus & ablativus in  
bus correptam.

## SCHOLIA.



**G**RAMMATICAE partes quatuor sunt: Litera, Syllaba, Dictionis, & Oratio. Orationis autem partes sunt octo: Nomen, Pronomen, Verbum, &c. De Literis est Orthographia, id est, rectè scribendi ratio. De Syllaba, Prosodia, id est, accētus sine uoculatio, & ratio metrorum. De Dictione, Etymologia, id est uera interpretatio, ut sunt dictionaria. De Oratione, Syntaxis, hoc est, constructio.

LITERAE sunt. XXII. a b c d e f g i k l m n o  
p q r s t u x y z.

H, uerò ut neutiquam litera est, ita neutiquam in enuntiatione omitti debet. Non enim uocalis: quia illis aspirat. Non consonans: quia cum alia consonante positionem non facit. Vergilius: Sic fatur lachrymans.

Ex literis quinque sunt Vocales Latinæ, a e i o u, & una Græca, y. Dictionis, quod per se uocem faciunt. Reliquæ xvi. omnes sunt Consonantes: quia uocalibus consonant, cum ipsæ per se uocem perficere nequeant. Ex uocalibus fiunt Diphthongi quinque, æ œ au eu æ: ut æstimo, cœpi, aula, curus, Orphæa. Sed æ Græca est, quæ apud antiquos in frequentissimo usu fuit, nunc autem penè exoleuit.

Consonantes diuiduntur in Mutas & in Semiuocales. Mutæ sunt nouem, b c d f g k p q t. Dictionis, quod respectu aliarum literarum parum sonant.

Semiuocales sunt septem, l m n r s x z. Ita appellatæ, quia imperfectæ sunt uocales. Et diuiduntur in Liquidas, & in consonantes Duplices. Liquidæ sunt quatuor, l m n r.

Duplices sunt duæ, x & z. Sic appellatæ, quod pro duabus literis ponuntur: x enim ponitur pro c & s, uel g & s. z uerò pro duplici ss. Interdum & i, dupla est, quando scilicet inter duas uocales collocatur, ut maior. S, sui iuris est: ideoq; apud Græcos *μωαδ μωυ* appellatur.

SYLLABA est literarum comprehensio sub uno accentu & uno spiritu indistanter prolata. Sed abusiue ex sola uocali syllaba fieri potest, ut Eoo. Syllabæ sunt ex literis infinitæ. Syllaba longa duo habet tempora, ut pāx, rōx, - -. Breuis, unum tempus, ut ēt, v.

DICT

*Dictio.* **DICTIONE**, pars orationis, Verbum, idem ferè. Nam omnis dictio in aliquam cadit orationis partem. De his itaq; est libellus præfens, uelut isagoge Grāmarices, quo nihil breuius, nihil succinctius apud Latinos autores inuenies, si modò tēporū iniuria nō multis in locis mutilus ad uos puenisset. Syllaba itaq; ex literis cōstat, ut ue. Dictio ex syllabis, ut ueritas. Ex dictionibus Oratio cōflatur, ut, Veritas odium parit. Eius partes sunt octo, cūm apud Latinos, tum apud Græcos. Sed Græci Interiectionem in Aduerbia, Latini Articulos coniiciunt in Pronomina. Ex his quatuor sunt declinabiles, Nomen, Pronomen, Verbum ac Participium. Quatuor item indeclinabiles, Aduerbiū, Coniunctio, Præpositio, Interiectio.

Accidentia Nominis sunt uelut satellites Nominis.

**Bipertita** legendum est.

*Qualitas.* Quoties quaeritur, Quale nomen est? Respondetur, uel Proprium uel Appellatiuum aut Commune. Proprium autem est, quod uni tantū conuenit, ut Socrates. Appellatiuū, quod est commune multis, ut homo. Hanc diuisionem etiam nominis definitio satis indicat.

**Aut enim unius rei**) Particula rei, à sciolo quodam adiecta uidebatur. Dixisset enim postea, multarum, & non multorum. Appellatiua duntaxat) Non omnia nomina comparantur, sed duntaxat appellatiua: nec ea omnia, sed quæ qualitatem, quantitatem ue significant.

**Comparatiuus cui**) Sub compendiosa breuitate duas regulas ponit: alteram de Comparatiuo, alterā de Superlatiuo, quas Grammatici obscurissimis glossulis corrumpunt.

**COLLECTIVVM** nomen est, quod cū sit numerus, singularis, pluralitatem tamen includit, ut ecclesia, concio, exercitus, pars,

*Genus.* Genus ad sexus discretionem nomini accidit. Genera nominum tribus noscuntur modis. Significatione: Nomina enim marium, masculina sunt: mulierū fœminina. Secūdo terminatione, ita, in a, fœminina: in er, masculina. Tertio autoritate Latine loquentium. Atq; hic quidem ut est difficilimus, ita est certissimus. Græci facilius genera articulis discernunt, Latini potissimū adiectiuis. Porro ineptū uidetur genera ob attributionem distinguere. Neq; ego puto dictionē Homo, generis cōmunis rectè dici. Quis enim unquā audiuit, bona homo? Neq; refert quòd mulier quoque sit homo. Nam & mulier quoque

*scortum*

scortum, neq; tamē scortū quis genere foeminino dixerit. Multa huiusmodi sunt, si quis studiosè inquirat, quæ non satis accuratè à Grammaticis tractata uidentur: sed ea dissimulare præstiterit, ne minus quàm uelimus propitios habeamus.

Inter Casus duo sunt Recti: Nominatiuus & Vocatiuus. *Qua Casus.*  
 tuor Obliqui, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Ablatiuus.

Magister nomen appellatiuum, &c. In exemplis declinationum Donatus genus respexit in prioribus quinque, in postremis declinationem. Mirum autem compendium exemplorum, præterea declinationum. Quis enim succinctius tradere, atque item uerius potuit? Quàm caute quædam omittuntur, quæ tenellam & adhuc rudem iuuentutem turbare poterant. His porro exemplis paucissimis iuuentus imbuenda est, & analogia horum paulatim ducenda, neque statim primò omnia promiscuè inculcanda. In Declinationibus terminationes diligenter seruandæ, aut in tertia saltem literæ terminales. Nam quòd illic omissæ sunt, studiosè ab autore factum, non sine puerorum utilitate. Cùm uerò puer omnes omnium declinationum terminationes didicerit, inueniet faciliè cuiusnam declinationis sint omnia nomina. In a, enim omnia primæ, præter neutra tertiæ. In b, nullum est. In c, duo tantum tertiæ. In d, nullum Latinum. In e, tertiæ. In f, g, h, i, k, nulla saltem declinabilia. In l, tertiæ. In m, secundæ. In n, tertiæ. In o, tertiæ. In p, q, nulla. In r, secundæ & tertiæ. In s, literam omnium declinationum. In t, tertiæ. In u, quartæ. In x, tertiæ. In y, nullum Latinum. In z, nullum.

Sacerdos in ablatiuis tantum sacerdote. Non enim quenquam suspicor unquam dixisse sacerdoti in ablatiuis.

Ad cognoscendas ultimas omnium declinationum syllabas, quantæ sunt, notandum, Omne a, breue: excepto ablatiuis primæ, & uocatiuis à nominibus in as. Omne i, longum. Omne m, breue. Omne o, longum. Omnem diphthongon longam. V, longum. Is, omne longum, exceptis nominatiuis & genitiuis tertiæ. E, omne breue, dempto ablatiuis quintæ, & uocatiuis & ablatiuis primæ à nominibus in es. Omne us, breue, præter genitiuum singularem, & nominatiuum & accusatiuum & uocatiuum plurales quartæ. Atque ut pueri facilius assuescant obseruare syllabas, longæ ne sint an breues, supraposimus longæ lineolam rectam, breui flexam.

## DE PRONOMINE.



**P**RONOMEN quid est? Pars orationis, quæ pro nomine posita, tantundē penè significat, personamq; interdū recipit. Pronomini quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, Genus. Numerus, Figura, Persona, Casus. Qualitas pronominū in quo est? Duplex est. Quomodo? Aut enim finita sunt pronomina: aut infinita. Quæ sunt finita? Quæ recipiunt personas: ego, tu, ille. Quæ sunt infinita? Quæ non recipiūt personas: ut quis, quæ, quod. Genera pronominū quot sunt? Eadem ferè quæ & nominū: Masculinum, ut quis: Fœmininum, ut quæ: Neutrum, ut quod: Commune: ut qualis, talis: Trium generum, quod omne dicitur: ut ego, tu, sui. Numeri pronominum quot sunt? Duo. Quis? Singularis, ut hic: Pluralis, ut hi. Figuræ pronominum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, ut quis: Composita, ut quisquis. Personæ pronominum quot sunt? Tres. Quæ? Prima, ut ego: Secunda, ut tu: Tertia, ut ille. Casus item pronominum quot sunt? Sex, quemadmodū & nominū. Per hos enim casus omnium generum nomina, pronomina, participia inflectuntur, hoc modo:

**E**GO pronomen finitū, generis omnis, numeri singularis, figuræ simplicis, psonæ primæ, casus nominatiui, qd' declinabitur sic: Ego mei uel  
 Ego. mis mihi me à me. Pluraliter, Nos nostrū uel nostri nobis nos à nobis. Personæ secūde, generis o-  
 Tu. mnis. Tu tui uel tis tibi te ô tu à te. Et pluraliter,

Vos



Vos uestrum uel uestri uobis uos ô uos à uobis.

Personæ tertie, generis omnis, utriusq; numeri si ne nominatiuo & uocatiuo, Sui sibi se à se. Et pluraliter, Sui sibi se à se. Item relatiuū, & demonstratiuum simul, generis masculini, Ille illius illi illum ab illo. Et pluraliter, Illi illorum illis illos ab illis. Generis foeminini, Illa illius illi illā ab illa. Et pluraliter, illæ illarum illis illas ab illis. Generis neutri, Illud illius illi illud ab illo. Et pluraliter, illa illorum illis illa ab illis. Itē minus quā finita, generis masculini, Ipse ipsius ipsi ipsum ab ipso. Et pluraliter, ipsi ipsorum ipsis ipsos ab ipsis. Generis foeminini, Ipsa ipsius ipsi ipsam ab ipsa. Et pluraliter, ipsæ ipsarum ipsis ipsas ab ipsis. Generis neutri, Ipsum ipsius ipsi ipsum ab ipso. Et pluraliter, ipsa ipsorum ipsis ipsa ab ipsis. Generis masculini, Iste istius isti istum ab isto. Et pluraliter, isti istorū istis istos ab istis. Generis foeminini, Ista istius isti istam ab ista. Et pluraliter, istæ istarum istis istas ab istis. Generis neutri, Istud istius isti istud ab isto. Et pluraliter, ista istorū istis ista ab istis. Item articulare præpositiuum uel demonstratiuum, Generis masculini, Hic huius huic hunc ab hoc. Et pluraliter, hi horū his hos ab his. Generis foeminini, Hæc huius huic hanc ab hac. Et pluraliter, hæc harū his has ab his. Generis neutri, Hoc huius huic hoc ab hoc. Et pluraliter, hæc horū his hæc ab his. Itē subiunctiuū uel relatiuum, Generis masculini, Is eius ei eum ab eo. Et pluraliter, ei eorum eis eos ab eis. Generis foeminini, Ea eius ei eam ab ea. Et pluraliter, eæ earum eis eas ab eis. Generis neutri, Id eius ei id ab eo. Et

pluraliter, ea eorum eisea ab eis. Itē infinita, Ge-  
*Quis.* neris masculini, Quis uel qui cuius cui quē à quo  
 uel à qui. Et pluraliter, qui quorum queis uel qui-  
 bus quos à queis uel à quibus. Generis foemin.  
 Quæ uel qua cuius cui quā à qua uel à qui. Et plu-  
 raliter, quæ quarum queis uel quibus quas à queis  
 uel à quibus. Generis neutri, Quod uel quibus cu-  
 ius cui quod uel quid à quo uel à qui. Et plurali-  
 ter, quæ uel qua quorū queis uel quibus quæ uel  
 qua à queis uel à quibus. Itē possessiua finita, ad  
*Meus.* aliquid dicta, ex utraque parte singularia: Generis  
 masculini, Meus mei meo meū ô mi à meo. Et plu-  
 raliter, mei meorum meis meos ô mei à meis. Gene-  
 ris foeminini, Mea meæ meæ meā ô mea à mea. Et  
 pluraliter, meæ mearum meis meas ô meæ à meis.  
 Generis neutri, Meū mei meo meū ô meū à meo.  
 Et pluraliter, mea meorum meis mea ô meā à me-  
*Tuus.* is. Generis masculini, Tuus tui tuo tuū à tuo. Et  
 pluraliter, tui tuorum tuis tuos à tuis. Generis foem-  
 inini, Tua tuæ tuæ tuam à tua. Et pluraliter, tuæ  
 tuarum tuis tuas à tuis. Generis neutri, Tuum tui  
 tuo tuum à tuo. Et pluraliter, tua tuorū tuis tua à  
*Suus.* tuis. Generis masculini, Suus sui suo suū à suo. Et  
 pluraliter, sui suorū suis suos à suis. Generis foem.  
 Sua suæ suæ suam à sua. Et pluraliter, suæ suarū  
 suis suas à suis. Generis neutri, Suum sui suo suum  
 à suo. Et pluraliter, sua suorum suis sua à suis. Itē  
 possessiua finita, ad aliquid dicta, ex utraque parte  
*Noster.* pluralia: Generis masculini, Noster nostri nostro  
 nostrum ô noster à nostro. Et pluraliter nostri no-  
 strorum nostris nostros ô nostri à nostris. Generis  
 foemin

fœminini, Nostra nostræ nostræ nostrâ ô nostra à nostra. Et pluraliter, nostræ nostrarum nostris nostras ô nostræ à nostris. Generis neutri, Nostrū nostri nostro nostrum ô nostrum à nostro. Et pluraliter, nostra nostrorum nostris nostra ô nostra à nostris. Generis masculini, Vester uestri uestro *Vester.* uestrū à uestro. Et pluraliter, uestri uestrorū uestris uestros à uestris. Generis fœminini, Vestra uestræ ūestræ uestrā à uestra. Et pluraliter, uestræ uestrarum uestris uestras à uestris. Generis neutri, Vestrum uestri uestro uestrum à uestro. Et pluraliter, uestra uestrorū uestris uestra à uestris. Da horum *Composita.* composita, ut Egomet, tuimet, suimet, sibimet: Ilhic, isthic, illhicine, isthiccine, hiccine, hæccine, hoc cine, idem (in masculino genere productum, in neutro uerò correptum) & quisquis, quisnam, quispiam, aliquis, & cætera.

**P**Ronomen autem dicitur, quod pro ipso nomine ponitur. Quoties enim demonstratur, Hic fecit, perinde est, atque si dicas, Socratem uel Donatum fecisse, tantundem enim significat.

Qualitas in pronomine non est magna cura inquirenda, neque enim omnia grammaticis de ea conueniunt.

Pronomen cum his quatuor syllabicis adiectionibus componitur, met, cine, ce, & pte: ut Egomet, tutemet, suimet, ipsemet, hiccine, illicine, huiusce, illiusce, meapte, tuapte, suapte, uestrapte, nostrapte. qui ablatiui etiam cum syllaba primæ proferuntur. Et meopte, tuopte, suopte, profertur.

In uniuersum autem quindecim sunt Pronomina, quatuor *Quot sint pronomina.* ordinibus distincta, de quibus apud Latinos nulla dubitatio est. Primi ordinis, Ego, Tu, Sui, Primitiua. Secundi ordinis, Ille, Ipse, Iste, Hic, & Is: & ea Primitiua, sed à quibus nulla alia. Tertii ordinis, Meus, Tuus, Suus, Noster, & Vester. Quarti ordinis, Nostras & Vestras: si quidem inter pronomina locabimus. Hæc septem duorum posteriorum ordinum.

Deriuatiua sunt: deriuantur enim à genitiuis trium primitiuorum. Ab Ego, Meus, Noster, & Nostras. Ab Tu, Tuus, Vester, & Vestras. Ab Sui, Suus. Sunt tamen qui plura esse pronomina asserant, cui & Donatus quoq; subscribit, id quod ex eius exemplis facile colligi potest.

Primitiua dicuntur, quòd non ipsa ab alijs, sed alia ab ipsis originem trahunt.

Deriuatiua, quòd ab alijs formentur, nomen habent.

Finite, sunt, quæ certam personam denotant, ut Ego.

Infinite, quæ personam certam non recipiunt, ut Quis.

Minus quàm finite, quæ certis & incertis personis adaptari possunt, ut Ipse.

Possessiua appellantur pronomina, quòd aliquid possidere ostendunt. Nam cum dico, Meus, aut Tuus, definitio aliquid meum aut tuum esse.

Notandum etiam, Mei, Tui, Sui, Nostri, & Vestri, passiuè significare: ut, Amore mei peccauit, id est, amore qui de me habetur. Amore tui hoc fit, id est, amore qui de te habetur. Ita Sui causa, & Nostri causa fecit, & Vestri curam gerit. Contrà uerò, Mis, Tis, Sis, Nostrum, & Vestrum actiuè significant. Verùm in horum quinque locum, deriuatiua Meus, Tuus, Suus, Noster, & Vester cedunt. Ita Amor meus, pro amor mis, id est, quem ego habeo: Amor tuus, quem tu habes: Amor suus, quem quis habet. Sui cuius numeri sit, adiuncta declarant. Est autem Reciprocum cum suo deriuato Suus: Socrates est sui oblitus, Socrates se amat, Socrates sibi loquitur, ex se hoc habet Socrates. Omnia hæc de Socrate dicuntur, non de quopiam alio. Ita, Socrates amat suam prolem, Sua quisque amat. Quæ ad longum elegantissimè tractauit Laurentius Valla.

Nota etiam octo esse Nomina, quæ in genitiuo ius, & in datiuo i, habent, ut secundi ordinis pronomina, Vnus, Vllus, Vter, Nullus, Solus, Alter, Torus, Alius: Idq; in omni genere.

PRONOMINVM quoque hæc Relatiua sunt, hæc Demonstratiua, hæc Demonstratiua & Relatiua simul.

Relatiua tantum, sunt tria, Sui, Is, & Ipse.

Demonstratiua tantum, quatuor, Ego, Tu, Hic, & Iste.

Demonstratiuum & relatiuum simul, unum, Ille.

Relatiua dicta sunt, quòd rem dictam referunt,

Composita pronomina secundum formam nominum ex ea parte

parte declinantur, qua pronomen fuerit casus nominatiui: aut si ex duobus nominatiuis fuerint composita, ex utraque parte declinantur: cuius rei exempla sunt hæc, Quisquis, Quisnam, &c.

DE VERBO.



VERBUM quid est: Pars orationis cum tempore & persona, sine casu, aut agere aliquid, aut pati, aut neutrum significans. Verbo quot accidunt? Septem. Quæ? Qualitas,

Accidentia uerbi.

Coniugatio, Genus, Numerus, Figura, Tempus, & Persona. Qualitas uerborum in quo est? In mo-

Qualitas. Modi.

dis & in formis. Modi qui sunt? Indicatiuus, ut lego: Imperatiuus, ut lege: Optatiuus, ut utinam legerem: Coniunctiuus, ut cum legam: Infinitiuus, ut legere: Impersonalis, ut legitur.

Formæ.

Formæ uerborum quot sunt? Quatuor. Quæ? Perfecta, ut lego: Meditatiua, ut lecturio: Frequentatiua, ut lectito: Inchoatiua, ut feruesco, caleasco.

Coniugationes.

Coniugationes uerborum quot sunt? Tres. Quæ? Prima in a, Secunda in e, Tertia in i. Prima quæ est?

Prima.

Quæ in indicatiuo modo, tempore præsentis, numero singulari, secunda persona, uerbo actiuo & neutrali, a productam habet ante nouissimam litteram s. Passiuo, communi, & deponenti, ante nouissimam syllabam ris, ut amo amās, amor amāris. Et futurū tempus eiusdem modi in bo & in bor syllabam mittit: ut amo amabo, amor amabor.

Secunda.

Secunda quæ est? Quæ in indicatiuo modo tempore præsentis, numero singulari, secunda persona,

uerbo actiuo & neutrali, ē productam habet antē nouissimam literam s. Passiuo, communi & deponenti, ante nouissimam syllabam ris, ut doceo docēs, doceor docēris. Et futurum tempus eiusdē modi in bo & in bor syllabam mittit, ut doceo, docē-

*Tertia.* bo, doceor docēbor. Tertia quæ est: Quæ in indicatiuo modo tēpore præsentī, numero singulari, secunda persona, uerbo actiuo & neutrali, i, correptam, uel ī, productam habet ante nouissimā literam s. Passiuo, communi & deponenti pro i litera ē correptam uel ī productam habet ante nouissimā syllabam ris, ut lego lēgis, legor legēris: audio audīs, audior audīris. Et futurum tempus eiusdem modi in am & in ar syllabā mittit, ut lego legam, legor legar, audio audiam, audior audiar. Vbi possunt hæc discerni: Hæc in imperatiuo & in infiniti uo modo statim discerni possunt, utrum i, literam correptam habeant, an productā. Nam i, litera correpta si fuerit, in e, conuertitur: producta si fuerit, non mutatur. Est quando tertia coniugatio futurum tempus non in am tantū, sed etiam in bo, & in bor, syllabam mittit interdum, cū i, literam correptam non habuerit, sed productam: ut eo is ibo:

*Genus.* queo quis quibo: eam uel queam. Genera uerborum quot sunt: Quinque. Quæ: Actiua, Passiua, Neutra, Deponentia, & Communia. Actiua quæ sunt: Quæ in o desinunt, & accepta r litera, faciunt ex se passiuā, ut lego legor. Passiua quæ sunt: Quæ in r desinunt, & ea dempta, redeunt in actiua, ut legor lego. Neutra quæ sunt: Quæ in o desinunt ut actiua: sed accepta r litera, Latina non sunt, ut sto,

CHYTO:

curro: nam stor, curror non dicitur. Sunt præterea neutropassiva, ut Gaudeo gaudes, gauisus sum: Soleo soles, solitus sum: Fio sis, factus sum: Mœreo mœres, mœstus sum. Deponentia quæ sunt? Quæ in r similiter desinunt, ut passiva: sed ea dempta, Latina non sunt, ut luctor, loquor, sequor, nascor, & *si ag*  
 orior. Communia quæ sunt? Quæ in r similiter desinunt, ut Deponentia: sed in duas formas cadunt, *no formis*  
 agentis & patientis: ut osculor, criminor. Dicimus enim osculor te, osculor à te: criminor te, criminor à te. *hodie pa*  
 Numeri uerborum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut lego. Pluralis, ut legimus. *z hie n*  
 Figuræ uerborum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, ut lego: Cõposita, ut negligo. *Numerus.*  
 Tempora uerborum quot sunt? *Figura.*  
 Tria. Quæ? Præsens, ut lego. Præteritum, ut legi. *Tempus.*  
 Futurum, ut legam. Quot sunt tempora in declinatione uerborum? *Persona.*  
 Quinque. Quæ? Præsens ut lego. Præteritum imperfectum, ut legebam. Præteritum perfectum, ut legi. Præteritum plusquam perfectum, ut legeram. Futurum, ut legam. Personæ uerborum quot sunt? Tres. Quæ? Prima, ut lego. Secunda, ut legis. Tertia, ut legit.

**V**erbum tempus habet, caret autem casibus: Nomen cõtra, casus habet, non tempus. Omne autem Verbum uel actiue significat, ut lego, percutio: Vel passiuè, ut legor, percutior. Aut neutrum, ut ualeo, sum. Atque hæc quidem unica definitione Donatus perstrinxit.

In modis & in formis, &c.) Impersonalem adiicit, ut pueri (saltem unum agnoscant non personalem. Formas autem uocat, quas Priscianus Species, uoce tribus carente numero plurali casibus, ut testatur Cicero in Topicis. Perfectam item formam, quam Priscianus Primitiuam uocat, reliquas tres Deriuatiuas. Uniformem autem declinationem (ait Diomedes)

b \* perfecti

perfecti & futuri temporis in hoc subiunctiuo, numero plurali, accentus distinguunt: Perfectum enim acuto accentu declinatur: Futurum circumflectitur: ut Perfecto, cum dixerimus: Futuro, cum dixerimus. Id & poetarum autoritatibus facile probari potest: Ouid. v. i. Metamor. Haustus aquæ mihi nectar erit, uitamq; fatebor Accepisse simul, uitam dederitis in undis: hoc est, simul cum potu uitam præstabitis. Idem in Ponto lib. iiii. Cum gelidam Thracen, & opertum nubibus Hæmum, Et maris Ionii transferitis aquas. Idem ibidem: Copia nec uobis ullo prohibente uidendi Consulis ut limen contigeritis erit. Hactenus exempla de futuro. De Præterito multa sunt ut illud vi. Aeneid. Egèrimus nostri. Vbi Serui commentarius planè errat. Accedit autem huius futuri significatio tam propè ad præteriti significatiam in quibusdam locis apud autores, ut non facile discernas.

Formæ uerborum à Laurentio Valla aliter constituuntur libro i. Inchoatiua enim uerba, Ipse Meditatiua, id est, exercitatiua uocat, ut caleſco. Quæ hic Meditatiua, Valla Desideratiua uocat, ut esurio, lecturio.

At coniugationes Donatus ex secunda persona præsentis temporis indicatiui distinguit, propter uerbum Dare, quod a, ubique corripit, præter eam personam. Fuit, cum lego & quoduis eius rationis uerbum, i, breue retineret plerisque in locis, ubi nunc est e, breue: legirem enim dicebant, pro legerem: & legite, pro legere. Quare non nisi tres erant coniugationes. Est ergo a, primæ, e, secundæ, i, tertiæ. Verùm si Imperatiuū ac Optatiuum inspexeris, commodissimè quatuor fuerint. Prima in a, Secunda in e, longum: Tertia in e, breue: Quarta in i, longum. Infinitiui tamen potissimum pueri aperiunt negotium. Futurum primæ ac secundæ coniugationis est in bo, Tertiæ ac quartæ in am. Sed etiam in bo & in bor syllabam mittit interdum, cum i, literam correptam non, &c.) Interdum dicit, quoniam id in uerbis quartæ coniugationis tantum contingit, ut seruiam uel seruiſco, uinciam uel uincibo, uinciar uel uincibor, sed non in omnibus.

Donatus genera ex terminatione, non ex significatione distinxit. Omne enim uerbum uel in o, uel in or, terminatur. In o, actiua & neutra. In or, passiua, communia, & deponentia. Actiua accipiunt r, Neutra non accipiunt. Ita passiua dimittunt r, Communia & Deponentia nequaquam. Porro

Comme



Commune & actiuè & passiùè significat. Deponens alterā significationem tantum habet, nempe actiuam frequentissimè.

Neutro passiuia autem sunt, quæ in præsentî declinantur ut neutra, uel actiuia, in præterito uerò ut passiuia. Dicimus enim gaudeo gaudes gaudet, ut doceo doces docet. In præterito uerò non gaudui, ut docui: sed gauisus sum, ut doctus sum, à doceor. Deponens tamen sicut & neutrum, diuersas significaciones habet. Actiuia igitur (inquit Priscianus) Passiuia & Communia, certam & præfinitam habent significationem: Neutra uerò & Deponentia uariam. Sunt tamen uerba: quæ in uoce actiuia significant passiuè, ut Væneo, id est, uænum eo, hoc est uenditor. Vapulo, id est, percutior. Exulo, id est, in exilium relegor. Fio, factus sum, id est, nascor.

## DE ADVERBIO.



ADVERBIUM quid est? Pars orationis, quæ adiecta uerbo, significationem eius explanat atq; implet.

Aduerbio quot accidunt? Tria. *Accidentia aduerbii.*

Quæ? Significatio, Comparatio, & *Significatio.*

Figura. Significatio aduerbiorum in quo est? Quia sunt aduerbia aut loci, aut tēporis, aut numeri, aut negādi, aut affirmādi, aut demonstrādi, aut optādi, aut hortādi, aut ordinis, aut interrogādi, aut similitudinis, aut qualitatis, aut quantitatis, aut dubitādi, aut psonalia, aut uocandi, aut respondendi, aut separandi, aut iurandi, aut eligendi, aut congregandi, aut prohibēdi, aut euctus, aut comparandi. Da aduerbia loci, ut hic, uel ibi, illic, inde, intro, uel foras. Da temporis, ut hodie, heri, nunc, nuper, cras, aliquando, olim, iam, tunc, cum, dum, manè, sero, semp. Da numeri, ut semel, bis, ter, quater. Da negandi, ut haud, non, neq;. Da affirmandi, ut etiam, quidni, certè. Da demonstrandi, ut en,

ecce. Da oprandi, ut utinā, oſi. Da hortandi, ut eia,  
 age. Da ordinis, ut deinde, deinceps. Da interrogā-  
 di, ut eur, quare, quamobrem. Da ſimilitudinis, ut  
 quaſi, ceu, ſicut, ſicuti, uelut, ueluti, tanquam, ut uti.  
 Da qualitatis, ut docte, pulchre, fortiter, uiriliter,  
 bene, male. Da quantitatis, ut multum, parum, mo-  
 dicum, nimium, minimum, ualde. Da dubitandi,  
 ut forſan, forſitan, fortalsis uel fortalle, fortuitu.  
 Da perſonalia, ut mecum, tecum, fecum, nobiſcū,  
 uobiſcum. Da uocandi, ut ô, heus. Da reſpōdendi,  
 ut hem. Da ſeparādi, ut ſeorſum: retrorſum. Da iu-  
 rādi, ut ædepol, caſtor, hercle, mediuſfidius. Da eli-  
 gendi, ut potius, imo. Da cōgregādi, ut ſimul, unā,  
 pariter. Da prohibendi, ut ne. Da euentus, ut forte  
 fortuitu. Da comparādi, ut magis, minus, uel tam,  
 maximum, minimum. *Comparatio* aduerbio-  
 rum in quo eſt? In tribus gradibus cōparationis,  
 ſcilicet Poſitiuo, Comparatiuo, & Superlatiuo.  
 Da aduerbia poſitiui gradus, ut docte. Da compa-  
 ratiui gradus, ut doctius. Da ſuperlatiuui gradus,  
*Figura.* ut doctiſſimū, uel doctiſſime. *Figure* aduerbio-  
 rum quot ſunt? Duæ. Quæ? Simplex, ut doctè, pru-  
 denter. Compoſita, indoctè, imprudenter. *Ad-*  
*Localia.* uerbia localia ſunt hæc, uel in loco, uel de loco, uel  
 ad locum, uel per locum. Sed in loco, uel de loco,  
 eandem ſignificationē habent, ut intus ſum, intus  
 exeo: foris ſum, foris uenio. Ad locum autem &  
 per locum, aliam ſignificationem habent, ut intrò  
 eo, foras exeo. De intus autem, & de foris, ſic non  
 dicitur: quomodo nec dicimus, ad foras, uel in fo-  
 ras. Per locum autem, ut hac, illac, iſtac.

**N**Am ut adiectiuum nomen declarat substantiuum, ita aduerbium uerbo additum, eius significationem perficit. Non enim percipimus qualis homo sit, nisi addas adiectiuum: ut. homo iustus, homo pius. Ita legere quoque contingit uel benè, uel malè. Rectè igitur Donatus aduerbium definiuit per Significationem. Est enim potissimum in aduerbio Significatio.

Vocandi aduerbia sunt. *O*, & *Heus*: Respondendi autem *Hem*, ut passim inuenitur apud Comicos. Nam aliud apud Latinos non facilè inuenies, quanquàm apud Terentium Simoni interroganti *Dauus* respondet, *Ita*. Item in *Eunucho* in una scena ter reperies, *Ita*. Et in *Phormione*, *Chremes* interrogati *Demiphoni* respondet, *Sic*. Græci habent *vai*, quod nostra ætate doctissimi uertunt, *Etiã*. Latini libentius per uerba respondent, ut *Legisti ne? Legi*. Ita in reliquis.

Comparantur autem aduerbia, quoties nomina à quibus ueniunt, comparantur. Et quoniam aduerbia (ut Donatus inquit) etiam sunt, quæ per omnes gradus ire non possunt, ideo his ad augendam significationem pro comparatiuo & superlatiua *Magis* & *Maxime* coniungimus: ad minuendam, *Minus* & *Minime*.

Aduerbia localia ) Enumerat *Valla* alia localia aduerbia, quatuor differentias habentia, quæ sunt uel in loco, ut *hic*, *isthic*, *illuc*: Vel de loco, ut *hinc*, *istinc*, *illinc*: Vel ad locum, ut *huc*, *istuc*, *illuc*: Vel per locum, ut *hac*, *istac*, *illac*.

Personæ primæ,	} Hic hinc huc hac	} Secundæ,	} Istic istinc istuc istac	} Tertiæ,	} illic, in loco. illinc, de loco. illuc, ad locum. illac per locum.
----------------	-----------------------------	------------	-------------------------------------	-----------	---

*Intus*, & *Foris*, sunt aduerbia in loco: *Intrò*, & *Foras*, ad locum. Idq; apud autores frequentissimum. Quis autem dixerit, *Foris* uenio, uel *Intus* exeo. quæ hinc exempla produntur, *comminisci* non possum.

De *intus* autem, & De *foris* non dicitur, quoniam præpositiones separatim præponi non possunt aduerbiis.

## DE PARTICIPIO.

## PART



**P**ARTICIPIVM quid est? Pars orationis, partē capiēs nominis, partemq; uerbi. Recipit enim à nomine genera & casus, à uerbo tēpora & significationes, ab utroq; nume-

*Accidentia* rum & figurā. Participio quot accidunt? Sex. Participii. Quæ? Genus, Casus, Tēpus, Significatio, Nume-

*Genus.* rus & Figura. Genera participiorum quot sunt? Quatuor. Quæ? Masculinū, ut hic lectus. Fœmininū, ut hęc lecta. Neutrū, ut hoc lectū. Omne, ut hic

*Casus.* & hęc & hoc legēs. Casus participiorum quot sunt? Sex. Qui? Nominatiuus, ut hic & hęc & hoc legēs. Genitiuus, ut huius legētis. Datiuus, ut huic legenti. Accusatiuus, ut hunc & hanc legentem, & hoc legēs. Vocatiuus, ut ô legēs. Ablatiuus ut ab

*Tempus.* hoc, & ab hac, & ab hoc legēte, uel legētī. Tempora participiorū quot sunt? Tria. Quæ? Præsens, ut legens. Præteritū, ut lectus. Futurum, ut lectu-

*Significatio.* rus, uel legendus. Significationes participiorum in quo sunt? Quia ab actiuo uerbo duo participia ueniunt, Præsens & futurum, ut legens, lecturus. A passiuo quot? Duo, Præteritū & Futurum, ut lectus, legendus. A neutro quot? Duo sicut ab actiuo, Præsens & futurū, ut stans, staturus. A deponenti quot? Tria. Quæ? Præsens, præteritū, & futurum, ut loquens, locutus & locuturus. A cōmuni quot? Quatuor. Quæ? Præsens, præteritum, & duo futura, ut criminās, criminatus, criminaturus,

*Numerus.* uel criminādus. Numeri participiorū quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic legens. Pluralis, ut hi legentes. Figure participiorum quot sunt? Duæ. Quæ?

*Figura.* legentes. Figure participiorum quot sunt? Duæ. Quæ?

Quæ: Simplex, ut legens. Cōposita, ut negligens.

**L**Egens participiū, ueniēs à uerbo actiuo, tēpo *Actiuum.*  
ris pręsentis, generis omnis, numeri singularis, figurę simplicis, casus nominatiui & accusatiui & uocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo, hic & hæc & hoc legēs. Genitiuo, huius legentis. Datiuo, huic legenti. Accusatiuo, hunc & hanc legentem, & hoc legēs. Vocatiuo, ô legēs. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc legente uel legenti. Et pluraliter, Nominatiuo, hi & hæ legētes, & hæc legentia. Genitiuo, horum & harū & horum legentum uel legentium. Datiuo, his legētibus. Accusatiuo, hos & has legentes, & hæc legentia. Vocatiuo, ô legentes, & ô legentia. Ablatiuo, ab his legentibus.

**L**Ecturus participium, ueniens à uerbo actiuo, *Actiuum.*  
tēporis futuri, numeri singularis, figurę simplicis, casus nominatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo, hic lecturus, hæc lectura, hoc lecturum. Genitiuo, huius lecturi, lecturæ, lecturi. Datiuo, huic lecturo, lecturæ, lecturo. Accusatiuo, hunc lecturum, hanc lecturā, hoc lecturum. Vocatiuo, ô lecture, lectura, lecturum. Ablatiuo, ab hoc lecturo, ab hac lectura, ab hoc lecturo. Et pluraliter, Nominatiuo, hi lecturi, hæ lecturæ, hæc lectura. Genitiuo, horum lecturorū, harum lecturarum, horū lecturorum. Datiuo, his lecturis. Accusatiuo, hos lecturos, has lecturas, hæc lectura. Vocatiuo, ô lecturi, lecturæ, lectura. Ablatiuo, ab his lecturis.

**L**Ectus participium, ueniens à uerbo passiuo, *Passiuum.*  
temporis pręteriti, numeri singularis, figurę simplicis, casus nominatiui, quod declinabitur sic:

Nomin

Nominatiuo, hic lectus, hæc lecta, hoc lectum. Genitiuo, huius lecti, lectæ, lecti. Datiuo, huic lecto, lectæ, lecto. Accusatiuo, hunc lectum, hanc lectam, hoc lectum. Vocatiuo, ô lecte, lecta, lectum. Ablatiuo, ab hoc lecto, ab hac lecta, ab hoc lecto. Et pluraliter, Nominatiuo, hi lecti, hæc lectæ, hæc lecta. Genitiuo, horum lectorum, harum lectarum, horum lectorum. Datiuo, his lectis. Accusatiuo, hos lectos, has lectas, hæc lecta. Vocatiuo, ô lecti, lectæ, lecta. Ablatiuo ab his lectis.

*Passiuum.*

**L**egendus participium, ueniens à uerbo passiuo, temporis futuri, numeri singularis, figuræ simplicis, casus nominatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo, hic legendus, hæc legenda, hoc legendum. Genitiuo, huius legendi, legendæ, legendi. Datiuo, huic legendo, legendæ, legendo. Accusatiuo, hunc legendum, hanc legendam, hoc legendum. Vocatiuo, ô legende, legenda, legendum. Ablatiuo, ab hoc legendo, ab hac legenda, ab hoc legendo. Et pluraliter, Nominatiuo, hi legendi, hæc legendæ, hæc legenda. Genitiuo, horum legendorum, harum legendarum, horum legendorum. Datiuo, his legendis. Accusatiuo, hos legendos, has legendas, hæc legenda. Vocatiuo, ô legendi, legendæ, legenda. Ablatiuo, ab his legendis.

**P**articipium à re ipsa, hoc est, à participando, nomen habet. Verbi enim & Nominis est particeps, atque per ea definitur.

Tempora quæ uerbis, eadem & participiis accidunt. Præsentis temporis participia formantur à prima persona præteriti imperfecti, mutando bam, in ns, in omni coniugatione: ut, Amabam amans, Doccbam docens, &c.

Latina lingua ab integro uerbo duntaxat quatuor habet participia, cum Græci habeant x i x. Duo apud Latinos actiue significant, Præsens & Futurum in rus: Duo item passiue, Præteritum ac Fururum in dus. Ab actiuis, passiuus, ac neutris bina, à deponentibus terna, nonnunquam quaternaria, à communibus item quaterna descendunt participia.

Participiorum Declinatio eadem quæ & nominum, quantum in quarta quintaq; nulla reperiantur.

Participiorum significationes sunt tres, quemadmodum in uerbo: Actiua, Passiua, ac Neutra.

DE CONIUNCTIONE.



CONIUNCTIO quid est? Pars orationis, annectens, ordinansq; sententiam. Coniunctioni quot accidunt? Tria. Quæ? Potestas, figura, & ordo. Potestas cōiunctionū quot species habet? Quinq;. Quas? Copulatiuas, Disiunctiuas, Expletiuas, Causales, & Rationales. Da copulatiuas: ut &, q;, quoq;, at, atq;, ac, ast. Da disiunctiuas: ut aut, ue, uel, ne, nec, an, neq;. Da expletiuas: ut quidem, euidem, saltē, uidelicet, quàm, quamuis, quoq;, autem, porro, licet, tamen, ueruntamen. Da causales: ut si, etsi, etiamsi, siquidem, quando, quandoquidem, quin, quinetiam, quatenus, sin, seu, siue, neu, ne ue, nam, nanque, ni, nisi, nisi si, ne, sed, interea, quamobrem, præsertim, item, itemq;, cæterum, alioquin, præterea. Da rationales: ut ita, itaq;, enim, etenim, enimuero, quia, quapropter, quoniã, quoniãquidem, quippe, nempe, ergo, ideo, igitur, scilicet, uidelicet, propterea, iccirco. Figure coniunctionum quot sunt? duæ. Quæ? Simplex: ut nam, Cōposita: ut nanque. Ordo coniunctio-

Accidentia  
Coniunctio-  
nis.  
*Potestas.*

*Figura.*

*Ordo.*

num in quo est? Quia aut præpositiuæ cōiunctio-  
nes sunt: ut at, ac, ast: Aut subiunctiuæ: ut q̄, ue, ne:  
Aut communes: ut ergo, ideo, igitur.

**C**oniunctio inuenta est ut connectet orationis parteis,  
idq̄; ubique facit, insuper autem & sententias. Mirum ue-  
rò quàm ornent orationem Coniunctiones, si suo quæque lo-  
co ponatur: mirificeq̄; ex iis splendet contextus orationis:  
quippe quæ ex his uel coniuncta, uel diuisa dicitur. Disiun-  
ctiua quidem coniunctio partes separat, totum connectit.  
Atque ex coniunctionibus disiunctiuis, An, interrogat, sed  
Aut, non interrogat. Ne uerò semper præcedit An: ut, Est ne  
hic parens tuus, an ille? Tu ne, an ego? Aurum ne est, an au-  
richalcum? quæ non rectè per Vel, dixeris, Est ne hoc au-  
rum, uel stannum?

Ordo Coniunctionum (ut inquit Diomedes) triplici gene-  
re seruandus est. Nam quædam sunt quæ semper præponun-  
tur: ut, At, ast, aut, ac, uel, nec, neque, si, quin, s̄in, seu, siue, ni.  
Aliæ quædam semper supponuntur, siue postponuntur: ut q̄,  
ue, quidem, quoque, autem. Reliquæ penè omnes, indifferen-  
ter præponi & supponi possunt.

## DE PRÆPOSITIONE.



**PRÆPOSITIO** qd est: Pars ora-  
tionis, quæ præposita alijs partibus  
in oratione significationē earū aut  
cōplet, aut mutat, aut minuit. Præ-  
positioni quot accidunt? Vnum.

Quod? Casus tantū. Quot casus? Duo. Qui? Accu-  
satiuus. & Ablatiuus. Da præpositiones casus accu-  
satiui: ut, ad, apud, ante, aduersum, c̄is, citra, circū,  
circa, cōtra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob,  
pone, per, prope, propter, secūdam, post, trans, ul-  
tra, præter, supra, circiter, usq̄, secus, penes. Quo-  
modo? Dicimus enim, ad patrē, apud uillam, ante

edes,

Accidentia  
præpositio-  
nis.

Casus accusa-  
tiui xxx.



des, aduersum inimicos, cīs Rhenum, citra forum, circum uicinos, circa templum, contra hostes, erga propinquos, extra terminos, inter naues, intra moenia, infra tectum, iuxta macellum, ob augurium, *de* *erri* *ere* pone tribunal, per parietem, prope fenestram, propter disciplinā, secundum fores, post tergum, trās ripam, ultra fines, praeter officiū, supra cœlum, circiter annos, usque oceanum, secus uiam, penes arbitros. Da praepositiones casus ablatiui: ut a, ab, abs, cum, coram, clam, de, è, ex, pro, praë, palam, sine, absque, tenus. Quomodo? Dicimus enim à domo, ab homine, abs quolibet, cum exercitu, coram testibus, clam custodibus, de foro, è iure, ex praefectura, pro clientibus, *pro* *timore*, palam omnibus, sine labore, absq; iniuria, *tenus* *pube*, quod nos dicimus pube tenus. Da praepositiones utriusque casus: ut, in, sub, super, & subter. Quando accusatiuo casui seruiunt? Quando nos uel quoslibet *ad locum ire*, *ille*, *uel ituros esse* significamus. Quando ablatiuo casui seruiunt? Quādo nos uel quoslibet *in loco esse*, *fuisse*, *uel futuros esse* significamus. In, accusatiui casus: ut, *Itur in antiquam sylum*. In, ablatiui casus: ut, *Stans celsa in puppi*. Sub, accusatiui casus: ut, *Postesq; sub ipsos Nituntur gradibus*. Sub, ablatiui casus: ut, *Arma sub aduersa posuit radiantia quercu*. Super, quam uim habet? Vbi locum significat, magis accusatiuo, quàm ablatiuo casui seruit: Vbi uerò mentionem alicuius rei facimus, ablatiuo tantum: ut, *Multa super Priamo rogitās, super Hectore multa*. hoc est, de Priamo & de Hectore. In, quam uim habet? Etiam tūc accusatiuo ca-

ablat. xv.

Vtriusque casus praepositiones IIII.

In. *Impit in sub. deos p. n. p. f. e. d.*

Super.

In.

c sui

*Inseparabiles præpositiones V I.*  
 Subter. fui seruit, cum significat contra: ut, In adulteriū, & in desertorem. Subter, quam uim habet: Eandem quam & superiores ad locum, & in loco significantes. Quæ præpositiones sunt quæ à dictionibus separari nō possunt: Vt di, dis, re, se, an, con. Quomodo: Dicimus enim: Didūco, distraho, recipio, secūbo, amplector, congregior. Quæ sunt quæ cōiungi non possunt: Apud & penes. Quæ coniunguntur & separantur: Reliquæ penē omnes.

**E**T præpositio à re sortita nomen, quòd cæteris orationis partibus præponatur. Idq; bifariam: aliquando ut eadem fiat orationis pars, ut doctus, indoctus. Aliquando dumtaxat per constructionem, ut apud Senatū. Neque enim hīc una pars est, sed duæ. Illud Compositionem uocant, hoc Appositionem.

In uniuersum undequinquaginta præpositiones separabiles sunt. Triginta cum accusatiuo construuntur, Quindecim cum ablatiui, Quatuor cum utroq;. Inseparabiles sex sunt: quæ à dictionibus separaræ nihil significant.

Magna in præpositionibus uis est, quam qui non intelligit nō sperat unquam se Latine locuturū. Relatiuæ sunt pleræq;. Cis & Trans, de longiore spatio: ut, Cis, & trans Rhenum: Gallia Cisalpina, & Transalpina. Citra, ac Ultra, ferè de breuiore spatio: ut, Citra forum, ultra terminum. Intra & Extra, Infra & Supra, Super & Subter. Supra de longiore spatio dicitur: ut, Supra nos uolant nubes. Super de breui: ut, Super lapidem. Ita eorum relatiua. Infra nos sunt inferi: Subter me scamnum. Contra hostilis est præpositio: Erga plerunq; amicitia. Secundum flumen natat, qui secundo flumine. Præter officium est, quod fecus quàm officium postulabat. Ita, Præter ius & fas, ac præter honestatem dicimus. Secus uiam rarum est. Notandū autem quoties Præpositiones carent casibus, tunc esse Aduerbia: ut, Secus res habet atque dicis: Natus est annos x i i. aut circiter: Clām hoc fecit: Palā locutus est, &c. A, præponitur dictionibus incipiētibus à cōsonantibus: ut, à Deo, à Paulo, à me, à te. Ab præponitur dictionibus incipiētibus à uocalibus, ut ab Aristotele, ab homine. Præterea ab I & r, & i. consonante, ut ab lege,

ab lega

ab legatis, ab rege, ab Ioue: Abs deniq; dictionibus à t, & q, incipiētibus: ut, Abs te, abs Tito, ab quiuis, apud Ter. In, sub, super, & subter, ) in templum eo, si nondum sum in templo. In templo eo, posteaquam sum intus. Pono sub mēsam, iacet sub mēsa. Subter scamnū abscondit, & subter scamno depositum iacet, Super saxum locaui, sedet super saxo.

## DE INTERIECTIONE.



**I**NTERIECTIO quid est? Pars orationis significans mentis affectū uoce incognita. Interiectioni quot Accidentia in teriectionis. accidunt? Vnum. Quod? Significatio. Significatio interiectionum in quo est? Quia aut lætitiā mentis significamus, ut ē uocē: aut dolorem, ut heu: aut admirationem, ut papæ: aut metum, ut atar: aut si qua sunt similia.

**G**Ræci Interiectionem sub Aduerbio comprehendunt, quod utriusque accidens est Significatio. Est autem Interiectio quicquid saluo sensu, è media tolli potest oratione. Et quamquam affectus apud omnes homines iidem & cum lætamur, & cum tristamur: non tamen eadem eorum apud omnes significatio. Quidam codices in condita habent.

**Lætitiā mentis significamus)** Vide num Eucē sit legendum, ut est apud Horatium, quamquam apud Plautum quidam legunt Euax: sed potuit & illic corruptum esse.

**Aut metum)** Non at ac ast, sed, at at, legendum. Id enim frequens apud Comicos: est enim interiectio paulatim percepti atque intellecti mali. Terent. in Eunuch. At at data hercle mihi uerba sunt. Seruius in Arte: At at est aliquid de improviso deprehendentis.

E X E M P L A C O N I U G A -  
T I O N V M .



**Indicativus.** **A**M O uerbum actiuum, in indicatiuo modo dictum, temporis presentis, numeri singularis, figuræ simplicis, personæ primæ, coniugationis primæ, quod coniugabitur sic: Amo amās, amat. Et pluraliter, Amamus, amātis, amant. Præterito imperfecto, Amabā, amabas, amabat. Et pluraliter, Amabamus, amabatis, amabant. Præterito perfecto, Amaui, amauiſti, amauiſti. Et pluraliter, Amauimus, amauiſtiſ, amaauerunt uel amaueſſe. Præterito plusquamperfecto, Amaueram, amaueſſas, amaueſſat. Et pluraliter, Amaueramus, amaueſſatis, amaueſſat. Futuro, Amabo, amabis, amabit. Et pluraliter, Amabimus, amabitiſ, amabunt. Imperatiuo modo tempore presentis, ad secundam & tertiam personam, Amā, amet. Et pluraliter, Amemus, amāte, ament. Futuro, Amato tu, amato ille. Et pluraliter, Amemus, amatote, amanto uel amātote. Optatiuo modo tempore presentis, & præterito imperfecto, utinam Amarem, amares, amaret. Et pluraliter, utinam Amarem, amaretis, amarēt. Præterito perfecto & plusquamperfecto, utinā Amauiſſem, amauiſſeſ, amauiſſeſ. Et pluraliter, utinā Amauiſſemus, amauiſſeſtiſ, amauiſſeſtiſ. Futuro, utinam Amem, ames, amet. Et pluraliter, utinam Amemus, ametiſ, ament. Coniunctiuo modo tempore presentis, cū Amem, ames, amet. Et pluraliter, cū Amemus, ametiſ, ament. Præterito imperfecto, cū Amarem, amares, amaret. Et pluraliter, cū Amarem, amaretis, amarēt. Præterito perfecto, cū Amauerim, amaueſſeris, amaueſſerit. Et pluraliter, cū Amauerimus, amaueſſeritiſ, amaueſſerint. Præterito plusquamperfecto,

perfecto, cūm Amauissem, amauiſſes, amauiſſet. Et pluraliter, cūm Amauiſſemus, amauiſſetis, amauiſſent. Futuro, cūm Amauero, amaueris, amauerit. Et pluraliter, cūm Amauerimus, amaueritis, amauerint. Infinitiuo *Infinitiuus.* modo sine numeris & personis, tempore presentis, & praterito imperfecto, Amāre. Praterito perfecto, & plusquamperfecto, Amauiſſe. Futuro, Amatū ire, uel amaturū eſſe. Verbo impersonali, Indicatiuo modo *Impersonalis.* tempore presentis, Amatū. Praterito imperfecto, Amabatur. Praterito perfecto, Amatū eſt, uel fuit. Praterito plusquāperfecto, Amatū erat uel fuerat. Futuro, Amabitur. Imperatiuo modo tempore presentis, Ametur. Futuro, Amator. Optatiuo modo tempore presentis, & praterito imperfecto, utinam Amaretur. Praterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Amatū eſſet uel fuiſſet. Futuro, utinam Ametur. Coniunctiuo modo tempore presentis, cūm Ametur. Praterito imperfecto, cūm Amaretur. Praterito perfecto, cūm Amatū ſit uel fuerit. Praterito plusquamperfecto, cūm Amatū eſſet uel fuiſſet. Futuro, cūm Amatū erit uel fuerit. Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore presentis, & praterito imperfecto, Amari. Praterito perfecto & plusquamperfecto, Amatū eſſe uel fuiſſe. Futuro, Amatū iri. Gerundia uel participalia uerba ſunt hæc, *Gerundia.* Amandi, amando, amandum. Supina, Amatū, amatu. *Supina.* Duo participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo, Præſens, *Participia.* ut Amans. Futurum, ut Amaturus.

**A** Mor, amāris uel amare, amatur. Et pluraliter, *Indicatiuus.* Amamur, amamini, amantur. Praterito imperfecto, Amabar, amabaris uel amabare, amabatur. Et pluraliter, Amabamur, amabamini, amabantur. Praterito per-

fecto, Amatus sum uel fui, es uel fuisti, est uel fuit. Et pluraliter, Amati sumus uel fuimus, estis uel fuistis, sunt fuerunt uel fuere. Præterito plusquamperfecto, Amatus eram uel fueram, eras uel fueras, erat uel fuerat. Et pluraliter, Amati eramus uel fueramus, eratis uel fueratis, erāt uel fuerāt. Futuro, Amabor, amaberis uel amabere, amabitur. Et pluraliter, Amabimur, amabimini, amabuntur.

*Imperatiuus.*

Imperatiuo modo tempore præsentis, ad secundam & tertiam personam, Amāre, ametur. Et pluraliter, Amemur, amamini, amentur. Futuro, Amator tu, amator ille.

*Optatiuus.*

Et pluraliter, Amemur, amaminor, amantor. Optatiuo modo tempore præsentis, & præterito imperfecto, utinā Amarer, amareris uel amarere, amaretur. Et pluraliter, utinam Amaremur, amaremini, amarētur. Præterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Amatus essem uel fuissem, esses uel fuisses, esset uel fuisset. Et pluraliter, utinam Amati essemus uel fuissemus, essetis uel fuissetis, essent uel fuissent. Futuro, utinam Amer, ameris uel amere, ametur. Et pluraliter, utinam Amemur, amamini,

*Coniunctiuus.*

amentur. Coniunctiuo modo tempore præsentis, cum Amer, ameris uel amere, ametur. Et pluraliter, cum Amemur, amemini, amentur. Præterito imperfecto, cum Amarer, amareris uel amarere, amaretur. Et pluraliter, cum Amaremur, amaremini, amentur. Præterito perfecto, cum Amatus sim uel fuerim, sis uel fueris, sit uel fuerit. Et pluraliter, cum Amati simus uel fuerimus, sitis uel fueritis, sint uel fuerint. Præterito plusquamperfecto, cum Amatus essem uel fuissem, esses uel fuisses, esset uel fuisset. Et pluraliter, cum Amati essemus uel fuissemus, essetis uel fuissetis, essent uel fuissent. Futuro, cum Amatus ero uel fuero, eris uel fueris, erit uel fuerit. Et pluraliter,

cum

cūm Amati erimus fuerimus, eritis uel fueritis, erunt uel fuerint. Infinitiuo modo sine numeris & personis, tem *Infinitiuus.*  
pore presenti & praterito imperfecto, Amāri. Prateri-  
to perfecto & plusquamperfecto, Amatū esse uel fuisse. Futuro, Amatū iri. Duo participia trahuntur ab *Participia.*  
hoc uerbo passiuo, Prateritū, ut Amatus. Futurū, ut  
Amandus.

**D**oceo uerbū actiuum, in indicatiuo modo dictū,  
temporis presentis, numeri singularis, figuræ sim- *Indicatiuus.*  
plicis, personæ primæ, coniugationis secundæ, quod con-  
iugabitur sic: Doceo, docēs, docet. Et pluraliter, Doce-  
mus, docētis, docent. Praterito imperfecto, Docēbam, do-  
cebas, docebat. Et pluraliter, Docebamus, docebatis, doce-  
bant. Praterito perfecto, Docui, docuisti, docuit. Et plu-  
raliter, Docuimus, docuistis, docuerunt uel docuere. Præ-  
terito plusquamperfecto, Docueram, docueras, docuerat.  
Et pluraliter, Docueramus, docueratis, docuerant. Futu-  
ro, Docebo, docebis, docebit. Et pluraliter, Docebimus,  
docebitis, docebunt. Imperatiuo modo tempore præ- *Imperatiuus.*  
senti, ad secundam & tertiam personam, Docē, doceat.  
Et pluraliter, Doceamus, docēte, doceant. Futuro, Do-  
ceto tu, doceto ille. Et pluraliter, Doceamus, docetote,  
docento uel docentote. Optatiuo modo tempore præ- *Optatiuus.*  
senti, & praterito imperfecto, utinā Docērem, doceres,  
doceret. Et pluraliter, utinam Doceremus, doceretis, do-  
cerent. Praterito perfecto & plusquamperfecto, utinam  
Docuissem, docuisses, docuisset. Et pluraliter, utinam Do-  
cuissemus, docuissetis, docuissent. Futuro, utinā Doceam,  
doceas, doceat. Et pluraliter, utinam Doceamus, doce-  
tis, doceant. Coniunctiuo modo, tempore presenti, cūm *Coniunctiuus.*  
Doceam, doceas, doceat. Et pluraliter, cūm Doceamus,

doceatis, doceant. Præterito imperfecto, cùm Docērem, docēres, doceret. Et pluraliter, cùm Doceremus, doceretis, docerēt. Præterito perfecto, cùm Docuerim, docueris, docuerit. Et pluraliter, cùm Docuerimus, docueritis, docuerint. Præterito plusquamperfecto, cùm Docuiffem, docuiffes, docuiffet. Et pluraliter, cùm Docuiffemus, docuiffetis, docuiffent. Futuro, cùm Docuero, docueris, docuerit. Et pluraliter, cùm Docuerimus, docueritis, docue-

*Infinitiuus.*

runt. Infinitiuo modo sine numeris & personis, tēpore præfenti & præterito imperfecto, Docēre. Præterito perfecto & plusquãperfecto, Docuiffe. Futuro, Doctum ire, uel docturum esse. Verbo impersonali, Indicatiuo modo tempore præfenti, Docetur. Præterito imperfecto, Docebatur. Præterito perfecto, Doctũ est uel fuit. Præterito plusquamperfecto, Doctum erat uel fuerat. Futuro, Docebitur. Imperatiuo modo tempore præfenti, Doceatur. Futuro, Docetor. Optatiuo modo tempore præfenti, & præterito imperfecto, utinam Doceretur. Præterito perfecto, & plusquamperfecto, utinam Doctũ esset uel fuisset. Futuro, utinam Doceatur. Coniunctiuo modo tempore præfenti, cùm Doceatur. Præterito imperfecto, cùm Doceretur. Præterito perfecto, cùm Doctũ sit uel fuerit. Præterito plusquamperfecto, cùm Doctum esset uel fuisset. Futuro, cùm Doctum erit uel fuerit.

*Impersonalis.*

Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore præfenti, & præterito imperfecto, Docēri. Præterito perfecto & plusquamperfecto, Doctum esse uel fuiffe. Futuro, Doctum iri. Gerundia, uel participalia uerba sunt hæc: Docendi, docendo, docendum. Supina, Doctum, doctum. Duo participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo, Præsens, ut Docens. Futurum, ut Docturus.

*Gerundia.*

*Supina.*

*Participia.*

Doceor,



**D**oceor, docēris, uel docēre, docētur. Et pluraliter, Docemur, docemini, docentur. Præterito imperfecto, Docebar, docebaris uel docebare, docebatur. Et pluraliter, Docebamur, docebamini, docebantur. Præterito perfecto, Doctus sum uel fui, es uel fuisti, est uel fuit. Et pluraliter, Docti sumus uel fuimus, estis uel fuistis, sunt fuerunt uel fuere. Præterito plusquamperfecto, Doctus eram uel fueram, eras uel fueras, erat uel fuerat. Et pluraliter, Docti eramus uel fueramus, eratis uel fueratis, erant uel fuerant. Futuro, Docebor, doceberis uel docebere, docebitur, Et pluraliter, Docemur, docebimini, docebuntur. Imperatiuo modo tempore præsentis, ad secundam & tertiam personam, Docere, doceatur. Et pluraliter, Doceamur, docemini, doceantur. Futuro, Docetor tu, docetor ille. Et pluraliter, Doceamur, docemini, docentor. Optatiuo modo tempore præsentis, & præterito imperfecto, utinam Docerer, docereris uel docerere, doceretur. Et pluraliter, utinam Docremur, doceremini, docerentur. Præterito perfecto, & plusquamperfecto, utinam Doctus essem uel fuisset, esses uel fuisses, esset uel fuisset. Et pluraliter, utinam Docti essemus uel fuissetis, essetis uel fuissetis, essent uel fuissent. Futuro, utinam Docear, docearis uel doceare, doceatur. Et pluraliter, utinam Doceamur, doceamini, doceantur. Coniunctiuo modo tempore præsentis, cum Docear, docearis uel doceare, doceatur. Et pluraliter, cum Doceamur, doceamini, doceantur. Præterito imperfecto cum Docerer, docereris uel docerere, doceretur. Et pluraliter, cum Doceremur, doceremini, docerentur. Præterito perfecto, cum Doctus sim uel fuerim, sis uel fueris, sit uel fuerit. Et pluraliter, cum Docti simus uel fuerimus,

Indicatiuus.

Imperatiuus.

Optatiuus.

Coniunctiuus.

mus, sitis uel fueritis, sint uel fuerint. Præterito plusquã-  
perfecto, cùm Doctus essem uel fuisset, esses uel fuisset,  
esset uel fuisset. Et pluraliter, cùm Docti essemus uel  
fuissemus, essetis uel fuissetis, essent uel fuissent. Futuro,  
cùm Doctus ero uel fuero, eris uel fueris, erit uel fuerit.  
Et pluraliter, cùm Docti erimus uel fuerimus, eritis uel

*Infinitivus.* fueritis, erunt uel fuerint. Infinitiuo modo sine numeris  
& personis, tempore præsentis, & præterito imperfe-  
cto, Doceri. Præterito perfecto & plusquamperfecto,

*Participia.* Doctum esse uel fuisset. Futuro, Doctum iri. Duo partici-  
pia trahuntur ab hoc uerbo passiuo: Præteritum, ut Do-  
ctus, Futurum, ut docendus.

*Indicativus.* **L**Ego uerbum actiuum, in indicatiuo modo dictum,  
temporis præsentis, numeri singularis, figuræ sim-  
plicis, personæ primæ, cõiugationis tertiæ: quod coniu-  
gabitur sic: Lẽgo, lẽg's, lẽgit. Et pluraliter, Leg'mus, le-  
g'itis, legunt. Præterito imperfecto, Legebam, legebas, le-  
gebat. Et pluraliter, Legebamus, legebatis, legebant.  
Præterito perfecto, Lẽgi, legisti, lẽgit. Et pluraliter, Le-  
g'mus, legistis, legerunt uel legere. Præterito plusquã-  
perfecto, Legeram, legeras, legerat. Et pluraliter, Lege-  
ramus, legeratis, legerat. Futuro, Legam, leges, leget. Et

*Imperatiuus.* pluraliter, Legemus, legētis, legent. Imperatiuo modo  
tempore præsentis, ad secundam & tertiam personam,  
Legẽ legat. Et pluraliter, Legamus, legite, legant. Futu-  
ro, Legito tu, legito ille. Et pluraliter, Legamus, legito-

*Optatiuus.* te, legunto uel leguntote. Optatiuo modo tempore præ-  
sentis & præterito imperfecto, utinã Legerem, legeres,  
legeret. Et pluraliter, utinam Legeremus, legeretis, lege-  
rent. Præterito perfecto & plusquamperfecto, utinam  
Legissem, legisset, legisset. Et pluraliter, utinã Legissemus,

mus,

mus, legissetis, legissent. Futuro, utinam Legam, legas, legat. Et pluraliter, utinam Legamus, legatis, legant. *Coniunctiuus.* Cōiunctiuo modo tempore presentis, cum Legam, legas, legat. Et pluraliter, cum Legamus, legatis, legant. Præterito imperfecto, cum Legērem, legēres, legēret. Et pluraliter, cum Legeremus, legeretis, legerent. Præterito perfecto, cum Legerim, legeris, legerit. Et pluraliter, cum Legerimus, legeritis, legerint. Præterito plusquamperfecto, cum Legissem, legisses, legisset. Et pluraliter, cum Legissemus, legissetis, legissent. Futuro, cum Legero, legeris, legerit. Et pluraliter, cum Legerimus, legeritis, legerint. *Infinitiuus.* Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore presentis & præterito imperfecto, Legere. Præterito perfecto & plusquamperfecto, Legisse. Futuro, Lectū ire, uel lecturum esse. Verbo impersonali, Indicatiuo modo, *Impersonalis.* tempore presentis, Legitur. Præterito imperfecto, Legebatur. Præterito perfecto, Lectum est uel fuit. Præterito plusquamperfecto, Lectū erat uel fuerat. Futuro, Legetur. Imperatiuo modo tempore presentis, Legatur. Futuro, Legitor. Optatiuo modo tempore presentis & præterito imperfecto, utinā Legeretur. Præterito perfecto & plusquamperfecto, utinā Lectum esset uel fuisset. Futuro, utinam Legatur. Coniunctiuo modo tempore presentis, cum Legatur. Præterito imperfecto, cum Legeretur. Præterito perfecto, cum Lectum sit uel fuerit. Præterito plusquamperfecto, cum Lectum esset uel fuisset. Futuro, cum Lectum erit uel fuerit. Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore presentis & præterito imperfecto, Legi. Præterito perfecto & plusquamperfecto, Lectum esse uel fuisse. Futuro, Lectum iri. *Gerundia.* Gerundia uel participalia uerba sunt hæc, Legendi, legendo, leg

*Supina.* do, legendum. *Supina, Lectum, Lectu.* Duo participia  
*Participia.* trahuntur ab hoc uerbo actiuo. *Præsens, ut Legens. Fu-*  
*turum, ut Lecturus.*

*Indicatiuus.* **L**Egor, legēris uel legēre legitur. Et pluraliter, Legi-  
 mur, legimini, leguntur. Præterito imperfecto, Le-  
 gebar, legebaris uel legebare, legebatur. Et pluraliter,  
 Legebamur, legebamini, legebātur. Præterito perfecto,  
 lectus sum uel fui, es uel fuisti, est uel fuit. Et pluraliter,  
 Lecti sumus uel fuimus, estis uel fuistis, sunt fuerunt uel  
 fuere. Præterito plusquamperfecto, Lectus eram uel fue-  
 ram, eras uel fueras, erat uel fuerat. Et pluraliter, Le-  
 cti eramus uel fueramus, eratis uel fueratis, erant uel fue-  
 rant. Futuro, Legar, legēris uel legēre, legetur. Et plu-  
 raliter, Legemur, legimini, legentur. Imperatiuo modo

*Imperatiuus.* tempore præsentis, ad secundam & tertiam personā, Le-  
 gēre, legatur. Et pluraliter, Legamur, legimini, legan-  
 tur. Futuro, Legitor tu, legitor ille. Et pluraliter, Lega-

*Optatiuus.* mur, legimino, leguntor. Optatiuo modo tempore præ-  
 senti, & præterito imperfecto, utinā Legērer, legereris  
 uel legerere, legeretur. Et pluraliter, utinā Legeremur,  
 legeremini, legerētur. Præterito perfecto & plusquam-  
 perfecto, utinam Lectus essem uel fuisset, esses uel fuisset,  
 esset uel fuisset. Et pluraliter, utinam Lecti essemus uel  
 fuisset, essetis uel fuisset, essent uel fuissent. Futuro,  
 utinam Legar, legaris uel legare, legatur. Et pluraliter,

*Coniunctiuus.* utinam Legamur, legamini, legantur. Coniunctiuo mo-  
 do tempore præsentis, cum Legar, legaris uel legare, le-  
 gatur. Et pluraliter, cum legamur, legamini, legantur.  
 Præterito imperfecto, cum Legērer, legereris uel legere  
 re, legeretur. Et pluraliter, cum Legeremur, legeremini,  
 legerentur. Præterito perfecto, cum Lectus sim uel fue-  
 rim, sis

rim, sis uel fueris, sit uel fuerit. Et pluraliter, cum Lecti simus, uel fuerimus, sitis uel fueritis, sint uel fuerint. Præterito plusquamperfecto, cum Lectus essem uel fuisset, esses uel fuisset, esset uel fuisset. Et pluraliter, cum Lecti essemus uel fuisset, essetis uel fuissetis, essent uel fuissent. Futuro, cum Lectus ero uel fuero, eris uel fueris, erit uel fuerit. Et pluraliter, cum Lecti erimus uel fuerimus, eritis uel fueritis, erunt uel fuerint. Infinitiuo modo *Infinitiuus.* sine numeris & personis, tempore præsentis & præterito imperfecto, Legi. Præterito perfecto & plusquamperfecto, Lectum esse uel fuisse. Futuro, Lectum iri. Duo participia trahuntur ab hoc uerbo passiuo: Præteritum, ut Lectus. Futurum, ut Legendus.

**A**UDIO uerbum actiuū, in indicatiuo modo dictum, *Indicatiuus.* temporis præsentis, numeri singularis, figuræ simplicis, personæ primæ, cōiugationis quartæ: quod declinabitur sic: Audio, audīs, audit. Et pluraliter, Audīmus, audītis, audiūt. Præterito imperfecto, Audiebā, audiebas, audiebat. Et pluraliter, Audiebamus, audiebatis, audiebāt. Præterito pfecto, Audiui, audiuisti, audiuit. Et pluraliter, Audiuimus, audiuistis, audiuerūt uel audiuerunt. Præterito plusquāperfecto, Audiuerā, audiueras, audiuerat. Et pluraliter, Audiueramus, audiueratis, audiuerant. Futuro, Audiam, audies, audiet. Et pluraliter, Audiemus, audietis, audient. Imperatiuo modo tempore præsentis ad secundam & tertiam personam, Audī audi. Et pluraliter, Audiamus audīte audiant. Futuro, Audito tu, audito ille. Et pluraliter, audiamus, auditote, audiunto uel audiuntote. Optatiuo modo tempore præsentis, & præterito imperfecto, utinam Audirem audīres audīret. Et pluraliter, utinam Audiremus, audiretis, audirent. *Optatiuus.*

dirent. Præterito perfecto & plusquamperfecto, utinam  
 Audiuissem, audiuissetis, audiuisset. Et pluraliter, utinam  
 Audiuissemus, audiuissetis, audiuisset. Futuro, utinam Au-  
 diam, audias, audiat. Et pluraliter, utinam Audiamus, au-  
 diatis, audiant. Cōiunctiuo modo tempore præsentis, cum  
 Audiam, audias, audiat. Et pluraliter, cum Audiamus, au-  
 diatis, audiant. Præterito imperfecto, cum Audirem, au-  
 didires, audiret. Et pluraliter, cum Audiremus, audiretis,  
 audirent. Præterito perfecto, cum Audiuerim, audiueris,  
 audiuerit. Et pluraliter, cum Audiuerimus, audiueritis,  
 audiuerint. Præterito plusquamperfecto, cum Audiuis-  
 sem, audiuissetis, audiuisset. Et pluraliter, cum Audiuisse-  
 mus, audiuissetis, audiuisset. Futuro, cum Audiuerim, au-  
 diueris, audiuerit. Et pluraliter, cum Audiuerimus, audi-  
 ueritis, audiuerint. Infinitiuo modo sine numeris & pso-  
 nis, tempore præsentis, & præterito imperfecto, Audire.  
 Præterito perfecto & plusquamperfecto, Audiuisse. Fu-  
 turo, Auditū ire uel auditurum esse. Verbo impersona-  
 li, Indicatiuo modo tempore præsentis, Auditur. Præterito  
 imperfecto, Audiebatur. Præterito perfecto, Auditum est  
 uel fuit. Præterito plusquamperfecto, Auditum erat uel  
 fuerat. Futuro, Audietur. Imperatiuo modo tempore  
 præsentis, Audiatur. Futuro, Auditor. Optatiuo modo  
 tempore præsentis & præterito imperfecto, utinam Au-  
 diretur. Præterito perfecto & plusquamperfecto, uti-  
 nam Auditum esset uel fuisset. Futuro, utinam Audia-  
 tur. Coniunctiuo modo tempore præsentis, cum Au-  
 diatur. Præterito imperfecto, cum Audiretur. Præterito  
 perfecto, cum Auditum sit uel fuerit. Præterito plus-  
 quamperfecto, cum Auditum esset uel fuisset. Futuro,  
 cum Auditum erit uel fuerit. Infinitiuo modo sine nu-  
 meris

meris & personis, tempore præfenti, & præterito imperfecto, Audiri. Præterito perfecto & plusquamperfecto, Auditum esse uel fuisse. Futuro, Auditum tri. Gerundia uel participalia uerba sunt hæc: Audicndi, audicndo, audiendum. Supina, Auditum, auditu. Duo participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo: Præfens, ut Audicns. Participia. Futurum, ut Auditurus.

**A**vdior, aud̄ris uel aud̄re, auditur. Et pluraliter, *Indicatiuus.* Aud̄mur, audimini, audiuntur. Præterito imperfecto, Audiebar, audiebaris, uel audiebare, audie batur. Et pluraliter, Audiebamur, Audiebamini, audiebātur. Præterito pfecto, Auditus sum uel fui, es uel fuisti, est uel fuit. Et pluraliter, Auditi sumus uel fuimus, estis uel fuistis, sunt fuerūt uel fuère. Præterito plusquãperfecto, Auditus eram uel fueram, eras uel fueras, erat uel fuerat. Et pluraliter, Auditi eramus uel fueramus, eratis uel fueratis, erāt uel fuerant. Futuro, Audiar, audir̄ris uel audir̄re, audietur. Et pluraliter, Audiemur, audiemini, audientur. *Imperatiuus.* Imperatiuo modo tempore præfenti, ad secundam & tertiam personã, Audir̄re, audiatur. Et pluraliter, Audiamur, audimini, audiantur. Futuro, Auditor tu, auditor ille. Et pluraliter, Audiamur, audiminor, audiuntor. *Optatiuus.* Optatiuo modo tempore præfenti & præterito imperfecto, utinam Audirer, audir̄ris uel audirere, audiretur. Et pluraliter, utinam Audiremur, audiremini, audirentur. Præterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Auditus essem uel fuissẽ, esses uel fuisses, esset uel fuisset. Et pluraliter, utinam Auditi essemus uel fuissẽmus, essetis uel fuissetis, essent uel fuissent. Futuro, utinam Audiar, audiaris uel audiare, audiatur. Et pluraliter, utinam Audiamur, audiamini, audiantur. *Coniunctiuus.* Coniunctiuo modo tempore

pore præfenti, cùm Audiar, audiaris uel audiare, audia-  
 tur. Et pluraliter, cùm Audiamur, audiamini, audiantur.  
 Præterito imperfècto, cùm Audirer, audireris uel audire  
 re, audiretur. Et pluraliter, cùm Audiremur, audiremini,  
 audirentur. Præterito perfècto, cùm Auditus fim uel fue-  
 rim, sis uel fueris, fit uel fuerit. Et pluraliter, cùm Auditi  
 fimus uel fuerimus, sitis uel fueritis, sint uel fuerint. Præ-  
 terito plusquamperfècto, cùm Auditus effem uel fuiſsem,  
 eſſes uel fuiſſes, eſſet uel fuiſſet. Et pluraliter, cùm auditi  
 eſſemus uel fuiſſemus, eſſetis uel fuiſſetis, eſſent uel fuiſ-  
 ſent. Futuro, cùm Auditus ero uel fuero, eris uel fueris,  
 erit uel fuerit. Et pluraliter, cùm Auditi erimus uel fueri-  
 mus, eritis uel fueritis, erunt uel fuerint. Infinitiuo mo-  
 do ſine numeris & personis, tempore præfenti, & præ-  
 terito imperfècto, Audiri. Præterito perfècto & plus-  
 quamperfècto, Auditum eſſe uel fuiſſe. Futuro, Auditum  
 iri. Duo participia trahuntur ab hoc uerbo paſſiuo: Præ-  
 teritum, ut Auditus. Futurum, ut Audiendus.

**F**ero uerbum anomalum, in indicatiuo modo dictū,  
 temporis præfentis, numeri ſingularis, figuræ ſim-  
 plicis, personæ primæ, coniugationis inconſequentis,  
 quod coniugabitur ſic: Fero, fers, fert. Et pluraliter,  
 Ferimus, fertis, ferunt, Præterito imperfècto, Ferebam,  
 ferebas, ferebat. Et pluraliter, Ferebamus, ferebatis, fere-  
 bant. Præterito perfècto, Tuli, tulisti, tulit. Et plurali-  
 ter, Tulimus, tulistis, tulerunt uel tulère. Præterito plus-  
 quamperfècto, Tuleram, tuleras, tulerat. Et pluraliter,  
 Tuleramus, tuleratis, tulerant. Futuro, Feram, feres, fe-  
 ret. Et pluraliter, Feremus, feretis, ferent. Imperatiuo  
 modo tempore præfenti, ad ſecundam & tertiam perso-  
 nam, Fer, ferat. Et pluraliter, Feramus, ferte, ferant. Fu-  
 turo,



turo, Ferto tu, ferto ille. Et pluraliter, Feramus, fertote, ferunto uel feruntote. Optatiuo modo tempore præ- *Optatiuus.*  
 senti & præterito imperfecto, utinam Ferrem, ferres, ferret. Et pluraliter, utinam Ferremus, ferretis, ferrent. Præterito perfecto, & plusquamperfecto, utinam Tulissem, tulisses, tulisset. Et pluraliter, utinam Tulissemus, tulissetis, tulissent. Futuro utinam Feram, feras, ferat. Et pluraliter, utinam Feramus, feratis, ferant. Coniunctiuo modo *Coniunctiuus.*  
 tempore præsentis, cum Feram, feras, ferat. Et pluraliter, cum Feramus, feratis, ferant. Præterito imperfecto, cum Ferrem, ferres, ferret. Et pluraliter, cum Ferremus, ferretis, ferrent. Præterito perfecto, cum Tulerim, tuleris, tulerit. Et pluraliter, cum Tulcrimus, tuleritis, tulerint. Præterito plusquamperfecto, cum Tulissem, tulisses, tulisset. Et pluraliter, cum Tulissemus, tulissetis, tulissent. Futuro, cum tulerō, tuleris, tulerit. Et pluraliter, cum Tulcrimus, tuleritis, tulerint. Infinitiuo modo sine numeris *Infinitiuus.*  
 & personis, tempore præsentis, & præterito imperfecto, Ferre. Præterito perfecto & plusquamperfecto, Tulisse. Futuro, Latum ire, uel laturum esse. Verbo impersonali, *Impersonalis.*  
 Indicatiuo modo tempore præsentis, Fertur. Præterito imperfecto, Ferebatur. Præterito perfecto, Latū est uel fuit. Præterito plusquamperfecto, Latum erat uel fuerat. Futuro, Feretur. Imperatiuo modo tempore præsentis, Feratur. Futuro, Fertor. Optatiuo modo tempore præsentis, & præterito imperfecto, utinam Ferretur. Præterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Latum esset uel fuisset. Futuro, utinam Feratur. Coniunctiuo modo tempore præsentis, cum Feratur. Præterito imperfecto, cum Ferretur. Præterito perfecto, cum Latum sit uel fuerit. Præterito plusquamperfecto, cum Latum esset  
 d uel

uel fuisset. Futuro cùm Latum erit uel fuerit. Infinitiuo modo sine numeris & personis, tēpore præsenti & præterito imperfecto, Ferri. Præterito præfecto & plusquāperfecto, Latum esse uel fuisse. Futuro, Latū iri. Gerundia uel participalia uerba sunt hæc, Ferēdi, ferendo, ferendū. Supina, Latum, latu. Duo participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo: Præsens, ut Ferens: Futurum, ut Laturus.

Gerundia.  
Supina.  
Participia.

Indicatiuus.

**F**eror, ferris uel ferre, fertur. Et pluraliter, Ferimur, ferimini, feruntur. Præterito imperfecto, Ferebar, ferebaris uel ferebare, ferebatur. Et pluraliter, Ferebamur, ferebamini, ferebantur. Præterito perfecto, Latus sum uel fui, es uel fuisti, est uel fuit. Et pluraliter, Lati sumus uel fuimus, estis uel fuistis, sunt fuerunt uel fuere. Præterito plusquamperfecto, Latus eram uel fueram, eras uel fueras, erat uel fuerat. Et pluraliter, Lati eramus uel fueramus, eratis uel fueratis, erant uel fuerant. Futuro, Ferar, fereris uel ferere, feretur. Et pluraliter, Feremur, feremini, ferentur. Imperatiuus modo tempore præsenti ad secundam & tertiam personam, Ferre, feratur. Et pluraliter, Feramur, ferimini, ferantur. Futuro, Fertor tu, fertor ille. Et pluraliter, Feramur, ferimur, feruntur. Optatiuus modo tempore præsenti, & præterito imperfecto, utinam Ferrer, ferreris uel ferrere, ferretur. Et pluraliter, utinam Ferreremur, ferremini, ferretur. Præterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Latus essem uel fuisssem, esses uel fuisses, esset uel fuisset. Et pluraliter, utinam Lati essemus uel fuisssemus, essetis uel fuissetis, essent uel fuissent. Futuro, utinam ferar, feraris uel ferare, feratur. Et pluraliter, utinam Feramur, feramini, ferantur. Coniunctiuus modo tempore præsenti, cùm Ferar, feraris uel ferare, feratur. Et pluraliter, cùm Feramur,

Imperatiuus.

Optatiuus.

Coniunctiuus.

mur,

mur, feramini, ferantur. Præterito imperfecto, cum Fer-  
rer, ferreris uel ferrere, ferretur. Et pluraliter, cum Fer-  
remur, ferremini, ferrentur. Præterito perfecto, cum La-  
tus sim uel fuerim, sis uel fueris, sit uel fuerit. Et plurali-  
ter, cum Lati simus uel fuerimus, sitis uel fueritis, sint  
uel fuerint. Præterito plusquamperfecto, cum Latus  
essem uel fuisset, esses uel fuisset, esset uel fuisset. Et plu-  
raliter, cum Lati essemus uel fuisset, essetis uel fuissetis,  
essent uel fuissent. Futuro, cum Latus ero uel fue-  
ro, eris uel fueris, erit uel fuerit. Et pluraliter, cum  
Lati erimus uel fuerimus, eritis uel fueritis, erunt uel  
fuerint. Infinitiuo modo, sine numeris & personis, *Infinitiuus.*  
tempore præsentis, & præterito imperfecto, Ferri. Præ-  
terito perfecto & plusquamperfecto, Latum esse uel  
fuisse. Futuro, Latum iri. Duo participia trahuntur ab *Participia.*  
hoc uerbo passiuo: Præteritum, ut Latus. Futurum, ut  
Ferendus.

**S**VM uerbum anomalum & substantiuum, in indi- *Indicatiuus.*  
catiuo modo dictum, temporis præsentis, numeri  
singularis, figuræ simplicis, personæ primæ, coniuga-  
tionis insequentis, quod coniugabitur sic: Sum, es,  
est. Et pluraliter, Sumus, estis, sunt. Præterito imper-  
fecto, Erã, cras, erat. Et pluraliter, Eramus, eratis, erant.  
Præterito perfecto, Fui, fuisti, fuit. Et pluraliter, Fuimus,  
fuistis, fuerunt uel fuere. Præterito plusquamperfecto, Fue-  
ram, fueras, fuerat. Et pluraliter, Fueramus, fueratis, fue-  
rant. Futuro, Ero, eris, erit. Et pluraliter, Erimus, eritis,  
erunt. Imperatiuo modo tempore præsentis, ad secundam *Imperatiuus.*  
& tertiam personam, Sis, sit. Et pluraliter, Simus, sitis  
uel este, sint. Futuro, Esto tu, esto ille. Et pluraliter, Si-  
mus, estote, suntoto uel suntote. Optatiuo modo tempore *Optatiuus.*  
d 2 præsentis,

præsenti, & præterito imperfecto, utinam Essem, esses, esset. Et pluraliter, utinam Essemus, Essetis, essent. Præterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Fuisssem, fuisses, fuisset. Et pluraliter, utinam Fuisssemus, fuissetis, fuissent. Futuro, utinam Sim, sis, sit. Et pluraliter, utinam

*Coniunctiuus.*

Simus, sitis, sint. Cōiunctiuo modo tempore præsenti, cūm Sim, sis, sit. Et pluraliter, cūm Simus, sitis, sint. Præterito imperfecto, cūm Essem, esses, esset. Et pluraliter, cūm Essemus, essetis, essent. Præterito perfecto, cūm Fuerim, fueris, fuerit. Et pluraliter, cūm Fuerimus, fueritis, fuerint. Præterito plusquamperfecto, cūm Fuisssem, fuisses, fuisset. Et pluraliter, cūm Fuisssemus, fuissetis, fuissent. Futuro, cūm Fuero, fueris, fuerit. Et pluraliter, cūm Fuerimus, fueritis, fuerint.

*Infinitiuus.*

Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore præsenti, & præterito imperfecto, Esse. Præterito perfecto & plusquamperfecto, Fuisse. Futuro caret. Gerundia uel participalia uerba sunt hæc, Essendi, essendo, essendum. Supinis caret. Vnum participium habet, quod est, Ens.

*Indicatiuus.*

**V**olo uerbum anomalum, in indicatiuo modo dictum, temporis præsentis, numeri singularis, figuræ simplicis, personæ primæ, coniugationis insequentis, quod coniugabitur sic: Volo, uis, uult. Et pluraliter, Volumus, uultis, uolunt. Præterito imperfecto, Volebã, uolebas, uolebat. Et pluraliter Volebamus, uolebatis, uolebant. Præterito perfecto, Volui, uoluisti, uoluit. Et pluraliter, Voluimus, uoluistis, uoluerunt uel uoluère. Præterito plusquamperfecto, Volucram, uolueras, uoluerat. Et pluraliter, Volueramus, uolueratis, uoluerant. Futuro, Volam, uoles, uolet. Et plurali-

*Imperatiuus.* ter, Volemus, uoletis, uolent. Imperatiuo caret. Futurum

turum

turum non habet. Optatiuo modo tempore præfenti, *Optatiuus.*  
 & præterito imperfecto, utinam Vellem, uelles, uellet. Et  
 pluraliter, utinam Vellemus, uelletis, uellent. Præterito  
 perfecto & plusquamperfecto, utinam Voluiffem, uo-  
 luiffes, uoluiffet. Et pluraliter, utinam Voluiffimus, uo-  
 luiffetis, uoluiffent. Futuro, utinam Velim, uelis, uelit. Et  
 pluraliter, utinam Velimus, uelitis, uelint. Coniuncti- *Coniunctiuus.*  
 uo modo tempore præfenti, cum Velim, uelis, uelit. Et  
 pluraliter, cum Velimus, uelitis, uelint. Præterito imper-  
 fecto, cum Vellem, uelles, uellet. Et pluraliter, cum Vel-  
 lemus, uelletis, uellent. Præterito perfecto, cum Volue-  
 rim, uolueris, uoluerit. Et pluraliter, cum Volucrîmus,  
 uolucrîtis, uoluerint. Præterito plusquamperfecto, cum  
 Voluiffem, uoluiffes, uoluiffet. Et pluraliter, cum Voluiff-  
 femus, uoluiffetis, uoluiffent. Futuro, cum Voluero, uo-  
 lueris, uoluerit. Et pluraliter, cum Volucrîmus, uolucrî-  
 tis, uoluerint. Infinitiuo modo sine numeris & per- *Infinitiuus.*  
 sonis, tempore præfenti, & præterito imperfecto, Velle.  
 Præterito perfecto & plusquamperfecto, Voluiffe. Futu-  
 ro caret. Gerundia uel participalia uerba sunt hæc: *Gerundia.*  
 Volendi, uolendo, uolendum. Supinis caret. Vnum  
 participium habet, quod est Volens. *Participia.*

**E**Xempla hæc siue Donatus posuerit, sitie quis alius adiece-  
 rit, satis apta sunt, & negotium belle repræfentant. Eritq;  
 haud dubiè fatius, his apprehêfis ad autores, puerorum animos  
 affuefcere, quàm tot aliis atque aliis regulis obrundere. Et in  
 o quidem omnia sunt uel actiua, uel neutra: in or passiuua, com-  
 munita, uel deponentia. Item à præfenti omnia deriuantur tan-  
 quam à themate: quanquam à præterito perfecto indicatiui  
 quinque descendant, Præteritum plusquamperfectam indi-  
 catiui, Præteritum optatiui, Præteritum coniunctiui, & Fu-  
 turum eiusdem, Præteritum perfectum infinitiui. Ut in his  
 uulgatis:

*Præteritum primum de se dat tempora quædam:  
Ram. ßem, rim, ro, ße: formabit cætera præfens.*

Atque ut pueri facilius ad imperatiuorum flexionem assue-  
fiant, & ne posthac amplius exëplaria corrumpi facilè queant,  
hanc figuram annectere placuit.

<i>Amare ametur.</i>	<i>Amemur</i>	<i>amamini</i>	<i>amentur.</i>
<i>Docere doceatur.</i>	<i>Doceamur</i>	<i>docemini</i>	<i>doceantur.</i>
<i>Legere legatur.</i>	<i>Legamur</i>	<i>Legimini</i>	<i>legantur.</i>
<i>Audire audiatur.</i>	<i>Audiamur</i>	<i>audimini</i>	<i>audiantur.</i>

*Tur in mur.*

*Secunda præfentis tēporis  
indicatini actiuis in mini.*

*Hic n additur ad tertiam sin-  
gularis.*

<i>Amator.</i>	<i>Amemur</i>	<i>amaminor</i>	<i>amantor.</i>
<i>Docetor.</i>	<i>Doceamur</i>	<i>doceminor</i>	<i>docentor.</i>
<i>Legitor.</i>	<i>Legamur</i>	<i>legiminor</i>	<i>leguntor.</i>
<i>Auditor.</i>	<i>Audiamur</i>	<i>audiminor</i>	<i>adiuntor.</i>

*Eadem sunt cum primis præfentis  
huius modi.*

*Secunda persona pluralis numeri  
præfentis imperatiui, n, in or.*

*Tertia persona actiui futuri plu-  
ralis numeri addendos.*

Imperatiui futuri persona tertia pluralis numeri à Donato proditur duplex, sed ego alteram in te, haud scio an uspiam lægerim.

Gerundia significant rei administrationem sine tempore: ut, Tenet me occupatio iuris dicundi. Participia uerò significant tempus sine rei administratione: ut, Tenet me cura dotis numerandæ. Effendi effendo effendum, non puto apud Latinos in usu. Supina priora actiue significant, ut eo cubitum, id est, ut cubem: uenio oratum, id est, ut orem.

Posteriora supina significant passiuè, ut dignum lectu, id est, ut legatur: iucundum auditu, id est, ut audiatur: mirabile uisu, id est, ut uideatur. Supinorum formatio ad nominum uerbalium, participioru ac uerborum formas pertinet. nam à supino lectu, descendit lector, lectio, lectus, lecturus, lecto, as, are, lectito, as, are. Amatum ire præsentis temporis est. Amaturum esse, futuri. Valla.

*Finis Scholiorum in Donati  
Methodum.*

## D. GLAREANI DE

### GENERIBVS NOMINVM

#### EPITOME.

Præfatiuncula ad Lectorem.



**D**E generibus nominum pauca quædam ad Donati methodum adnotauimus: Vbi si miraberis unde hæc in Latina lingua difficultas, quæ in Græca propè nulla est, haud immerito fortassis articulos causaberis. Sed non adeò refert hæc discriminare, quàm summo studio pauclas de his præceptiones ediscere. Nam ut immodica tractatio horum, fastidium generat iuuentuti, ita de his nihil scire turpe est, ac in magnos ducit errores. Accipe igitur de multis pauca: neque enim necesse fuit minutissima quæque persequi.

## HENRICI GLA

REANI POETAE

LAVREATI,

DE

NOMINVM GENERIBVS

EPITOME.



**G**ENERA nominum tribus cognoscuntur modis. Primo, significatione: ut omne nomē significans marem, est generis masculini. Secundo, terminatione: ut nomina in *a*, sunt generis foeminini. Tertio usu autorum, ut *uesper* est generis masculini, quia *Vergilius* dixit: Denique quid *uesper* serus uehat, Et hic modus ut est omnium difficillimus, ita est omnium certissimus. Primus modus discitur per regulas generales. Secundus per speciales. Tertius ex autorum lectione.

DE REGVLIS GENERA-

LIBVS.

PRIMA REGVLA.

Omnia nomina uirorū sunt generis masculini: Omnia mulierum foeminini. Nomina uirorum, ut *Iesus*, *Petrus*, *Ioannes*, *Sylla*, *Seneca*. &c. Nomina foeminarum, ut *Maria*, *Eustochium*, *Mysis*, *Pythias*, *Glycerium*.

Notandum etiam multa propria ex appellatiuis nasci, quare saepe usu uenire, ut quaedam quandoque sint propria, quandoque appellatiua, ut *Clemens*, *Beatus*, *Felix*, *Pertinax*, *Iuba*, *Constans*, *Valens*, &c.

SECUNDA REGVLA.

Gentium nomina, dum unam habent terminationem, saepe



sape sunt generis cōmunis, ut Epirōta, Saxo, Dalmāta, Ligor, Tiburs, Brito, Macēdo. Aliquādo generis omnis, ut Arpinas, Bernas, Laurens, Picens, Vciens. Quāquam gentilia frequentius sunt in us, a, um, ut Italus, la, lum, Hispanus, na, num.

## TERTIA REGVLA.

Nomina solis uiris cōuenientia, sunt generis masculini, ut Athlētā, Pyrāta, Trapezīta, lixa, collēga, scriba, scurra, proxenēta, fullo, calo. Nomina solis mulieribus <sup>proprietate</sup> propriata, sunt generis sceminini, ut nutrix, obstetrix, sa <sup>mediator</sup> ga. Nomina utriq; sexui conuenientia, sunt generis cōmunis, ut auriga, uerna, idololatra, hypocrīta, myropōla, accōla, incōla, homicīda, transfūga, pincerna. Scortum tamen & mancipium sunt generis neutri.

## QUARTA REGVLA.

Propria nomina fluuiorum sunt generis masculini, ut Tiberis, Rhenus, Mosa, Sequāna, Euphrātes. Quòd si in alio genere inuenies, id fieri scias, quòd intelligitur uel aqua, uel flumen, ut apud Ouidium: Albula pota deo. Et apud Lucanum: Tepidum Hiāder.

## QUINTA REGVLA.

Nomina arborū sunt generis sceminini, ut fagus, quercus, æsculus, pyrus, prunus, malus, populus, salix, ilex, uitis, abies, pinus, ficus, laurus. Excipiuntur oleaster, pina-ster, & rubus apud Vergilium: quæ sunt generis masculini. Excipiuntur & suber, robur, acer, & siler, neutra. Vbi notandum quòd arborū nomina faciunt ex se nomen in um, quod in fructiferis arboribus significat fructū, ut malū, pyrum, prunum, cerāsūm. In sterilibus significat lignum uel ipsam arborē, ut buxum, ebēnum. Vide tamen Seruū in XII, Aeneidos ad illud: Fortē sacer Fauno fo-

lijs oleaster amaris:hanc distinctionem non probantem.

## SEXTA REGVLA.

Nomina auium,ferarum,& piscium,quæ sub una uoce significant utrunq; sexum, qui non facile discerni potest, sunt generis epicœni, id est, promiscui. De auibus, aquila, miluus, accipiter, passer. De feris, ut dama, uulpes, felis. De piscibus, murēna, lupus, carpio, mullus. Vbi notandum est, articulos ferme illis nominibus addi ex terminatione, quanquàm nihilominus quædam dubiè prolata inueniuntur, ut dama.

## SEPTIMA REGVLA.

Adiectiua sunt generis omnis, sed uarijs terminationibus. Quandoq; una, ut hic & hæc & hoc felix, par, trux, uetus, discors, intercus, demens, audax. Et omnia participia in ans & in ens. Quandoque sub duabus terminationibus, ut hic & hæc fortis & hoc forte, hic & hæc omnis & hoc omne. Et omnia comparantia, ut hic & hæc doctior & hoc doctius. Quandoq; sub tribus terminationibus, ut hic albus hæc alba hoc album, niger nigra nigrum. Hic numeralia numerantur nomina: quæ omnia sunt à tribus usq; centum adiectiua una terminatione, ut quatuor quinq; sex, &c. Sed supra centū, atque ad eò composita cum centum, trium terminationum, ut hi ducenti, hæ ducentæ, hæc ducenta. Ita trecenti, quadringenti, quingenti, sexcenti, septingēti, octingenti, noningenti, & a. Sed mille adiectiuum ut quinque: Substantiuum, ut monile, quod in singulari antiqui etiam declinabant non minus quàm in plurali.

## OCTAVA REGVLA.

Oppidorum, regionum, ac insularum nomina sunt generis fœminini. Exempla de oppidis: ut Ephēsus, Roma, TY

ma, Tyrus, Sidon, Hierico, Carthāgo, Corinthus. De regionibus: Epīrus, Italia, Illyris, Peloponnesus, Cyrene, Aegyptus. De insulis: Rhodus, Cynos, Cyprus, Lesbos, Carpathus. Excipiuntur ea quæ in ur, & in um, terminātur, quæ sunt neutra, ut Tybur, Anxur, Tarentum, Mediolanum, Noricum, Samnium, Belgium.

Sunt etiam ciuitatum ac regionum nomina pluralis tantum numeri masculina: ut, Gabij, Veij, Philippi, Tarquiniij, Heluetij, Celtæ. Sunt in a pluralis numeri neutra: ut, Susa, Bactra, & Cythēra.

## NONA REGULA.

Literarum nomina, aduerbia, item omnis dictio non pro significatione sua posita, siue unica, siue complexa, sunt generis neutri: ut nigrum theta apud Persium, pulchrum s, longum s. Tuum scire, clarum mane, cras hesternum. hæc tria apud Persium. In his autem locutionibus, in a, correptam, uel in us, productam, intelligitur uel litera, uel syllaba.

## DE REGVLIS SPECIALIBVS.

## NOMINA IN A.

In a, nomen primæ declinationis est generis fœminini, ut musa. Excipiuntur Propheta, Planeta, Cometa, Poëta, & quædam alia, quæ apud Græcos in es terminantur: Item Adria, quæ sunt generis masculini. Sed in a, tertiæ declinationis omnia sunt neutra, omniaq; Græca, ut dogma, diadema, poëma.

## B.

In b, nullum est Latinum nomen.

## C.

In c, duo lac & halec neutra: quanquam in fœminino genere

genere *Martialis halecem dixit.*

D.

In *d*, neutra, ut *illud, istud, id.* Item, quod adiectivum,  
& quid substantivum.

E.

In *e*, correpta, neutra sunt omnia, ut *caprile, equile, cubile, monile.* Adiectiva duo omnis generis, ut *quinque & mille.* Græca in *e*, producta fœminina, ut *epitome, parafceue, pentecoste.* Pluralia in *e*, neutra sunt: ut, *Cete, Tempe.*

F, G, H, I, K.

In *f, g, h, i, k*, nulla sunt Latina: Græca sunt in *i*,  
apud nos in *is*, ut *Sināpi, Sināpis.*

L.

Nomen in *al, el, & il*, est neutrum, ut *animal, mel, nil, nihil.* Excipitur *sal*, quod frequentius est masculinum in utroq; numero, apud probatissimos quosque autores. Et uigil generis omnis. Et pugil masculinum.

OL.

In *ol*, unum est masculinum, ut *Sol.*

VL.

In *ul*, masculina, ut *Consul & præsul* apud *Phocam.*  
Et commune unum, *exul.*

M, AM.

In *am*, unum est omnis generis, *Nequam.*

EM.

In *em* unum neutrum, tantundem. Et unum omnis, totidem pluralis numeri. Idem prima producta, masculini. Idem prima breui, neutrum.

VM.

In *um* omnia sunt neutra, ut *scamnum.*

N, AN.

N, AN.

*In an sunt masculina, ut Titan, Pæan.*

EN.

*In en neutra, ut flumen, omen, nomen. Masculina sunt, ren, splen, pecten, lien, hymen. Et composita à cano, ut tibicen, tubicen, fidicen, oscen. Et attagen auis apud Horatium. Et flamen pro sacerdote. Fœminina sunt Syren & Troëzen.*

IN.

*In in masculina, ut delphin. Ciuitatum nomina excipiuntur, ut Salamin, Eleusin, fœminina.*

ON.

*In on masculina, ut demon, canon, agon, Helicon, Cythæron. Vrbiũ nomina fœminina, ut Babylon, Sidon. Quanquam ea excipere propemodum superuacaneum, quod regulis generalibus satis nota putamus.*

O.

*Nomina in o sunt masculina, ut cento, tyro, titio, stello, duernio, ternio, pugio, ganeo, scipio, carbo. Excipiuntur nomina in do uel in go quæ habent inis in genitiuo, fœminina, ut grando, cupido, arundo, imago, sartago, lanugo, farrago. Tria excipiuntur ab hac regula mascul. ordo, cardo, margo. Verum Iuuenalis, Plena iam margine, dixit. Et cupido sæpius inuentum masculinum est, quam fœmininum. Præsto generis omnis. Pondo neutrum & singulare, & plurale. Sunt hic etiam multa quæ utriq; sexui attribuuntur, quæ tamen adiectiua fœminina non accipiunt. Ideoq; uix ego ea cõmunia dixero, ut homo, uirgo, latro. Quis enim unquam legit pulchra homo? Sed hæc iudicent alij. Item uerbalia in io sunt fœminina, ut lectio, ratio, auctio, cautio, &c. Adde caro & talio.*

talio. Verum unio pro lapide masculinum est.

P, & Q.

In p & q nullum nomen est Latinum.

R, AR.

In ar neutra sunt, ut coclear, calcar, nectar, iubar. Vnum masculinum, lar. Et unum omne, par, cum suis compositis: ut impar, dispar, compar.

ER.

In er sunt masculina, idq; in secunda declinatione absque exceptione. Sed in tertia uarij sunt generis. Vesper masculinum est ut supra in initio diximus. Iter & spinter sunt neutra. Sed hæc decē: campester, uoluc̄er, alacer, pedester, equester, syluester, celebr, acer, celer atque salūber, sub terminatione er sunt masculina, sub is, foeminina, sub e, neutra. Item genus sequuntur paluster & sequester, quod sequens etiam est secundæ declinationis, tum uerò foemininum habet per a, & neutrum per um. Nota tamen quòd hæc decem nomina etiam sunt communis generis sub terminatione is, ut hic alacer hæc alacris & hoc alacre. Vel hic & hæc alacris & hoc alacre, ac in cæteris similiter. Itē nomina tertiæ declinationis in uer & in ber sunt neutra: ut cadāuer, uer, suber, tuber, uerber & uber substantiuum. Excipitur imber cū cōpositis, quæ sunt masculina, quanquam ea etiam sunt adiectiua, ut hic et hæc decembris & hoc decembre. Lynx etiam foemininum est. At nomina tertiæ declinationis in er, significantia foetus terræ, siue fructus, siue arbores sunt frequentissime neutra: ut siler, cicer, papāuer, lauer.

Omnis generis sunt, de gēner, pauper, puber, & uber adiectiuum, id est, fertilis.

IR.

## I R.

In ir sunt masculina: ut uir, leuir, treuir. Excipiuntur ir & pyr neutra, & martyr commune.

## O R.

In or sunt masculina, ut dolor, labor, amor, auditor, omnia uerbalia in or. Excipiuntur comparatiua in or communis generis, ut doctior, felicior, albior, quibus cōiungitur autor. Memor tamen in singulari est omnis generis. Sed æquor, ador, marmor & cor sunt neutra. Arbor tamen scēmininum est. Composita uerò ab his tribus nominibus, color, decor, & corpus, sunt generis omnis, ut concolor, unicolor, bicolor, decolor: Indecor, dedecor: Bicolor, tricolor.

## V R.

In ur neutra sunt, ut murmur, sulphur, guttur. Excipiuntur uultur & fursur masculina. Dubium turtur. Cicur, omne. Satur masculinum. Communia aiunt fur & augur. Quibus addunt ligur & astur. quanquam ea excipere superuacaneum est, ut in alijs quibusdam admonuimus.

## S, A S.

In as sunt generis scēminini, ut castitas, uirginitas, Cyclas. Sed gentilia sunt omnis generis, ut supra Masculina sunt hæc: Abbas, boreas, gigas, primas, optimas, adamas, Agragas, tiaras, elephas, Atlas, pharias serpens. Lucanus: Et contentus iter cauda sulcare pharias. Item tria sunt neutra, fas, nefas, & uas uasis. Masculina uas uadis, as & mas.

## E S.

In es breue, est masculinum. Sunt autem ferme ea, quæ in genitiuo crescunt, ut palmes, stipes, poples, trames, cespes,

cespes, ames, fomes, gurgēs, limes, termes. Sed seges, teges & compes sunt fœminina, quanquàm alia composita à pede sunt omnis generis, quoties adiectiuè accipiuntur, ut bipes, tripes, segnipes. At substantiuè, sæpe masculina, ut Sonipes, semipes. Apes tamen, quod etiam apis, fœmininum. Omnis generis ferè sunt, diues, hebes, fosses, præpes, inquietes, superstes, deses, teres, comes, hospes, Cõmunia autem, nules, eques, pedes, antistes & ales.

In es, longum, fœmininũ est. Et in tertia quidem declinatione ferè sunt quæ in genitiuo non crescunt, ut cædes, clades, strages, strues, sedes, nubes, ambages, proles, moles, soboles, labes. Masculina, patronymica in des, ut Priamides, Aeacides. Item uerres masculinũ & omnia nomina quæ ex prima declinatione Græca, in Latinam linguam uel in es uel in a transferuntur, ut cometes, euangelistes, sophistes. Item nomina lapidum, ut achates, magnes, pyrites. Dies etiam in plurali est masculinum, in singulari dubium. Meridies masculinum. Pauca sunt in es longum in genitiuo crescentia quæ sunt cõmunia, ut hæres, locuples. Et mascul. pes, aries, paries.

## I S.

Nomẽ in is est generis fœminini, ut bilis, noualis, cratis, uallis, basis, crasis, & cætera. Masculina sunt hæc: edilis, amnis, anguis, aprilis, aqualis, asis, axis, besis, caulis, callis, centusis, cinis, collis, cucumis, ensis, fascis, follis, funis, fustis, glis, ignis, lapis, maialis, mensis, molaris, natalis, orbis, panis, penis, piscis, postis, pollis, puluis, quintilis, riualis, sanguis, sextilis, torris, uectis, uermis, unguis, uomis. Sed dubij generis sunt, finis, clunis, corbis, & canalis. Adiectiua autem sunt communis generis, & neutrum habet in e, ut dulcis, fortis, impubis, comis, seg



mis, segnis. Vbi notandum quòd composita sepius sunt adiectiua, ubi simplicia sunt substantiua, ut cuspis, caulis ac sanguis substantiua: at composita sunt adiectiua, tricuspis, bicuspis, unicaulis, multicaulis, exanguis. Dis in singulari commune, in plurali omne: ut contra, quedam in singulari omnis, in plurali communis, ut memor, pauper, uigil, diues.

Item communia sunt, testis, affinis, ciuis, hostis, canis, iuuenis, extorris & sodalis.

## O S.

In os sunt generis masculini: ut mos, flos, ros, honos, isthmos. Neutra sunt os oris, & os ossis, chaos, argos, epos. Communia bos, impos, custos, compos, & sacerdos. Et quatuor alia foemina, dos, glos, cos, & arbos. De Graecis hic percipere ineptum est.

## V S.

In us secunda declinationis sunt masculina, ut domus, aceruus, agnus, limbus, &c. Excipiuntur domus, carbasus, aluus, humus, uannus, colus, phaselus, quae sunt foemina. Nec hic oportet excipere Graeca quedam, cum sint infinita. Nec foemina solum, sed & comunia. Quippe apud illos in os, Latinis in us mutata sunt, ut papyrus, synodus, abyssus, diphthongus. Et herbarum nomina frequenter sunt foemina, ut costus, nardus, &c. Sed uulgus, pelagus, & uirus indeclinabile, sunt neutra.

In us tertia declinationis, si non habet u in genitiuo, est neutrum: ut corpus, tempus, decus, scelus, olus, sydus, rudus, pondus, ulcus, opus, frigus. Haec enim oris uel eris in genitiuo habent. Lepus epicœnum sub articulo hic. Intercus & uetus omnis, quia adiectiua. At si in genitiuo u habent, foemina sunt: ut salus, senectus, iuuentus,

e uirtus,

uirtus, palus, tellus, incus, subscus, seruitus. Horum etiam in nominatiuo us natura longum. Monosyllaba uerò sunt neutra, ut rus, crus, pus, tus, ius, plus. At mus mascul. Communia grus & sus. Est pecus hæc pecudis, pecus hoc pecoris sibi iungit.

*¶ quartæ.*

In us quartæ declinationis sunt masculina: ut uisus, casus, senatus, magistratus, census, metus, fructus, luctus, risus. Sed fœminina sunt, anus, tribus, porticus, manus, Idus, acus, domus. Nurus & socrus sexu noscuntur. Sed specus & penus sunt dubij generis.

A E S.

In æs diphthongum unum masculinum, præ prædis, & unum neutrum, æs æris.

A V S.

In aus sunt duo fœminina, laus, & fraus, & urbis nomen Emaus.

S, cum consonante præcedente.

*Consonans ante s.*

Nomen quod habet consonantem ante s, est generis fœminini, ut trabs, plebs, puls, hyems, frons, stirps, mors, fors, urbs. Excipiuntur masculina, mons, fons, pons, dens, torrens, oriens, occidens, tridens, & partes asis, ut quadrans, triens, sextans, dextans, dodrans. Stirps & scrobs sunt dubia. Chalybs tamen mascul. Item adiectiua, quæ consonantem habent ante s, regula generali sunt omnis generis, ut elegans, clemēs, sons, insons, particeps, anceps, præceps, iners, solers, expers, discors, misericors. Hic comprehenduntur omnia participia præsentis temporis.

*In ps.* Item in ps pleraque disyllaba sunt generis masculini, ut anceps, hydrops, cyclops. Communia tamen sunt hæc, princeps, infans, parens, cœlebs, effrons, bifrons, cliens, municeps, & serpens.

Nomina

## T.

Nomina in t sunt neutra, ut caput. Sed tot & quot cū suis compositis sunt generis omnis, ut quotquot, aliquot.

## V.

In u omnia sunt neutra, ut gelu, ueru, genu, cornu: nec ferè plura iuentu facilia. Numero singulari indeclinabilia, plurali uerò declinantur, tametsi gelu eo numero caret, ut postea de heteroclitis aliubi docebimus.

## X.

Nomina in x, sunt fœminina, ut pax, fax, lex, nix, radix, ceruix, nox, celox, nux, crux, falx, fornax. Sed adiectiua sunt omnis generis per regulam generalem, ut audax, rapax, felix, trux, atrox, præcox. Dissyllaba in ex masculina sunt, ut apex, latex, ramex, murex, uertex, codex, podex, pollex. Præter pellex, uibex, obex, forfex fœminina. Dubij generis sunt, cortex, silex, onyx, sardonix & imbrex. Item nomina in x, quæ significant fructus terræ, sunt generis fœminini, ut illex, carex, sandyx, filix, nux. Frutex tamen est masculinum. Dux, coniux & exlex communia sunt. Grex, rex, fornix, cilix, calix, fenix, thorax, limax, anthrax, harpax, uarix, bombyx, oryx, eryx, iapyx sunt masculina.

Nomina in trix sunt fœminina, ut genitrix, nutrix, matrix, meretrix.

Victrix & ultrix, in obliquis omnis generis sunt.

Atque hæc de nominum  
Generibus.

## GLAREANI IN NOMINVM

Declinationes præfatiuncula ad  
Lectorem.

**G**Ræci & ipsi quinque habent declinationes simpli-  
ces, sed non omnino ut Latini. Primis enim nostris  
duabus ipsi quatuor comparant, singulis binas. Nam  
prima Græcorum, tantum masculinorum nominum in *as*  
& *es*, & secunda fœmininorum tantum in *a* & *e*, primæ  
nostræ æquantur. Rursus Græcorum tertia ac quarta in  
*os* & *on*, nostræ secundæ. Denique quinta Græcorum uarijs  
terminationibus nostræ tertiæ respondet. At quarta  
quintaq; nostræ nullam Græcam habent cui comparentur.  
Omnia enim ea nomina Latina sunt. Porrò nemo suc-  
cinctius, nemo luculentius Latinas tradidit declinationes,  
atque ipse Donatus. Quot enim modis alij puram tra-  
ditionem obnubilant? nunc uarijs exceptionibus, nunc tan-  
ta terminationum turba, nunc barbarorum nominum ac  
peregrinorum commixtione? Cùm contrà fieri oporteat,  
nempe ut primū indoli imbelli res simpliciter tradatur,  
deinde præceptoris cura ea adijciat, quæ communes non  
sequuntur regulas, atque ita ducat iuuentutem, ut prius  
discat, quàm tædium sentiat. Nos autem post simplicissi-  
mam Donati traditionem pauculas subiiciemus, quæ &  
prius dictorum iuuetutem admonent, & Donati formu-  
las excedentia, eòdem tamen ducant, uidelicet ad plenio-  
rem declinationum notitiam, oppidò ad autores intelli-  
gendos necessariam. In tertia quidem declinatione diu-  
tius immorati sumus, ita enim necessitas exigebat; in reli-  
quis uerò solitam nostram breuitatem exhibuimus. Tu le-  
ctor & hunc nostrum laborem boni consulas, Vale.

HEN

# HENRICI GLA.

REANI POETAE

LAURENTI,

DE

NOMINVM DECLINA-

TIONIBVS EPI-

TOME.

## PRIMA DECLINATIO.



VM quatuor parisyllabarum declinationum binæ apud Græcos sint terminationes, ac nostræ primæ duæ priores apud Græcos respondeant declinationes, atque ob id nostra prima quatuor haberet terminationes, omiſſa una in e, treis duntaxat as, es, a, habet terminationes, sed in e nomina Græca Latini perpetuò omnibus casibus singulari numero Græcè usurparunt, plurali numero nunquam. Aliquando in Latinam flexerunt formam totum nomen, ut Helene Helena. Genitiuus & datiuus in æ pares habet cum Nominatiuo syllabas, nisi diphthongus poëticè diuidatur, ut aurai pro auræ, & aulai pro aulæ. Accusatiuus singularis nominum in as & es frequentissime Latini Græcè usurpant ας & ης. Et uocatiuos quoque in a & e. Ablatiuos in a ab utrisq; terminationibus, & e quandoq; à nominatiuis in es. Hæc sunt quæ regulis Donati excidunt. Nam de nominibus in am præcipere, quæ sæpius non declinantur, superuacaneum est. Genitiuus pluralis nonnunquam contrahitur ad formam Græcam, Cœlicolûm pro cœlicolarum,

larum, Aeneadum pro Aeneadarum. Græcus enim genitiuus semper contrahitur, nisi apud Doreis qui μουσῶν pro μουσῶν dicunt. Sunt etiam octo nomina fœminina, quæ datiuos & ablatiuos plurales in abus habent autore Valla, non in is. Filia, nata, Dea, liberta, equa, mula, duæ, ambæ. Priscianus pro equa asinam posuit.

## SECUNDA DECLINATIO.

**H**AEC duas rite habet terminationes us & um, ut Græca tertia os & op. Sed Græca in os, Latini uel in us, uel in er flexerunt. Τεύκεος Græci & Ἀλέξανδρος proferunt, nos Teucer & Alexander. In ir unū est cum compositis. In ur unum mutilum Satur, quod olim in us fuit, Satorus. In eus adscititia sunt ex Græca tertia contrahitorum, quod Accusatiuus in a declarat Tydea, quo Latini autores frequentissime utuntur. Donatus caute, præter exempla nominatiui, ea prorsus omittit, quia mere Græca sunt. Ne uocatiui quidem ullam faciens mentionē, cum tamen nominum aliorum treis poneret regulas. Quod & in hac, & in priore declinatione Donatum fecisse puto, quod apud Græcos in his sit alius uocatiuus cōmunis linguæ, alius Atticæ: sed his obtundere iuuentutem, non existimauit utile. Porrò eadem de causa, ne horum quidem nominum octo meminit, quæ in Genitiuo ius, in Datiuo i habent, Vnus, ullus, uter, nullus, solus, alter, totus, alius. De Genitiui autem crescentia singularis numeri notandum, nomina in ir, ur, & eus in genitiuo crescere, Viri, Saturi, Tydei, & penultimam corripere. In us uerò & um pareis habere syllabas, Dominus domini, scamnū scamni. In er autem uariari. Sed de ijs multa præcepta tradere, non tam mihi uidetur utile, quàm ex autorum usu & exempl

exemplis iuuentutem discere. Genitiuus autem pluralis syncopen patitur, ut Græco sit similis, Deûm ut θεῶν.

## TERTIA DECLINATIO.

**H**ic etiam atque etiam considerandum quàm caute Donatus traditis literis terminalibus, à terminationibus tamen abstinere, ne iuuentutem in re etiam doctis negocium facessente, temere obtuderet. Priscianus, lib. 7. de tertia declinatione similiter septuaginta octo terminationes ait uel paulò plus. Ceterùm nisi corrupti sint codices, longè ultra octoginta euenient: Nos eas cum numero & exemplis ponere uoluimus, ut res tam obscura uel semel planè sub lucem ueniret: & ut ex his lector, quas Donati existimet, eligat. Nam d non esse Latinam nec à Donato numeratam satis constat. In o productam, ut Calypso, Latini quidem Græca declinatione proferunt, præter Vergiliû qui Didonem dixisse uidetur in C. Casaris gratiam, qui ea nomina, ut ueteres quidam, ad hanc formam inclinasse dicitur. Sed autoritatem consuetudo superauit, ait Quintilianus. Ita in el longum nulla sunt Latina, ideoq; & ipsa proprie huc non pertinent. Vix etiam credo Donatum in hanc classẽ ordinasse omneis has terminationes yn, yr, ys, yns, ybs, yps, yx, ynx, quæ omnia merè Græca sunt. Quanquàm quaedã ex his in magno usu, ut propterea fortassis dixerit paulò plus. Priscianus etiam in ipsis non munerat, stips, si codex non fallit: Et in unx unũ cõiunx adfert, quod quidã absq; n in nominatiuo ut in obliquis proferunt: At Quincunx, septunx, ac deunx aptiora exẽpla erant autore Gulielmo Budæo. In ens & ons alibi. Vtraque correpta ac producta ait Priscianus, sed exẽpla apud eũ obscuriora sunt. Hæc igitur sunt in

quibus lector meritò hæere potest, & ipsi grammaticì non certum statuisse conuincuntur. Quòd si quis pergat, quæ Græca sunt, discriminare, nullus erit finis. Nam quàm y anceps est uocalis apud Græcos in quibusdam nominibus, non tamen in omnibus, quin in his perpetuò producta, in his correpta inueniatur. Quæ à Prisciano omiſſa neutiſſimè recensenda opinor, quòd nihil ad Latinas declinationes attinere uideantur. Nunc illud Donati paulò plus explicandum est, terminationibus secundum ordinem literarum terminalium sese consequentibus.

NOMINATIVI TERTIAE DECLINATIONIS LXXXVII. terminationes.

In a correptam,	ut poëma.	1
In e corrept.	ut monile.	2
In o corrept.	ut uirgo.	3
* In o product.	ut Calypsò.	4
In ac product.	ut lac.	5
In ec product.	ut halec.	6
* In ud	ut Bogud.	7
In al correptam,	ut Annibal.	8
In el corrept.	ut mel, fel.	9
* In el product.	ut Daniel.	10
In il corrept.	ut pugil.	11
In ol product.	ut Sol.	12
In ul corrept.	ut Consul.	13
In an product.	ut Titan.	14
In en corrept.	ut nomen.	15
In en product.	ut Seiren.	16
In in product.	ut delphin.	17
* In yn	ut Phorcyn.	18
		19



In	on	product.	ut Sidon	19
In	ar	corrept.	ut Cæsar.	20
In	ar	product.	ut Nar,par.	21
In	er	corrept.	ut pater.	22
In	er	product.	ut aër,æther	23
In	ir	correptam,	ut Gaddir.	24
*	In	yr	ut martyr.	25
In	or	correptam,	ut lector	26
In	ur	corrept.	ut guttur.	27
In	ur	product.	ut fur.	28
In	as	correptam.	ut Pallas	29
In	as	productam,	ut ciuitas.	30
In	es	correptam,	ut seges.	31
In	es	product.	ut cædes.	32
In	is	correp.	ut collis.	33
In	is	product.	ut lis,dis.	34
*	In	ys	ut Erinnyes.	35
In	os	correp.	us os ossis.	36
In	os	product.	ut os oris.	37
In	us	corrept.	ut Venus.	38
In	us	product.	ut Virtus.	39
In	æs	diphthon.	ut æs,præs.	40
In	aus	diphthon.	ut laus,fræus.	41
In	ans		ut amans.	42
*	In	ens corrept.	ut legens.	43
*	In	ens product.	ut Vjens.	44
*	In	ons corrept.	ut insons.	45
*	In	ons product.	ut mons.	46
In	uns		ut Aruns.	47
*	In	yns	ut Tiryns.	48
In	ars		ut pars.	49

In	ers		ut iners.	50
In	ors		ut concors.	51
In	urs		ut Tyburs.	52
In	uls		ut puls.	53
In	ems		ut hyems.	54
In	abs		ut trabs.	55
In	ebs	corrept.	ut caebs.	56
In	ebs	product.	ut plebs.	57
In	obs		ut scobs.	58
*	In	ybs	ut Chalybs.	59
In	urbs		ut urbs.	60
In	aps		ut daps.	61
In	eps		ut adeps.	62
*	In	ips	ut stips.	63
In	ops		ut Cyclops.	64
*	In	yps	ut Cinyps.	65
In	irps		ut stirps.	66
In	t		ut caput.	67
In	ax	corrept.	ut fax.	68
In	ax	product.	ut pax.	69
In	ex	correp.	ut grex.	70
In	ex	product.	ut Rex.	71
In	ix	correp.	ut calix.	72
In	ix	product.	ut felix.	73
In	ox	correp.	ut nox.	74
In	ox	product.	ut uox.	75
In	ux	corrept.	ut nux,coniux.	76
In	ux	product.	ut lux.	77
*	In	yx	ut Styx.	78
In	æx	diphthon.	ut fax.	79
In	aux	diphthon.	ut faux.	80

In alx	ut falx.	81
In anx	ut lanx.	82
In inx	ut Sphinx.	83
* In ynx	ut lynx.	84
In unx	ut quincunx.	85
In arx	ut arx.	86
In erx	ut merx.	87

## DE GENITIVO TERTIAE

Declinationis secundum nominatiui  
terminationes.

**Q**uia uerò, cognito huius declinationis genitio, reliqui casus faciliter cognoscentur, de eo nunc dicendum, sed breuissime, & eo etiam ordine, quo nominatiui terminationes recensuimus.

1 In a correptum assumit tis in genitio, ut dogma dogmatis, apophthegma apophthegmatis. Ea omnia Græca sunt.

2 In e breue mutat e in is, ut hoc mare, huius maris.

3 In o correp. habet in genitio onis penul. produc. ut latro latronis, ligo ligonis. Fœminina autè desinentia in do & go, habent in is, penult. cor. ut grando grandinis, arundo arundinis. Et hæc masculina quoq; ordo, cardo, margo, turbo, homo, & nemo. Anio anienis habet. Caro carnis. De Græcis, ut Apollo, Plato, hic præcipere ineptum est, cum apud eos in on exeant, & o in genitio uariant. Idem dico de Gentilibus.

4 In o productum omnia Græca sunt, & serè Græca declinatione à Latinis usurpantur, ut Dido, Didûs. Clío, Cliûs. Manto, Mantûs. Sappho Sapphûs.

5 In ac unum est neutrum singulare tantû, lac lactis.

6 In ec itidem unum, hæc hælæcis.

- 7 In d nullum Latinum huius declinationis, sed barbarum, Bogud bogudis.
- 8 In al breue, genitiuum in alis penultima longa perunque in neutris facit, ut Tribunal, alis. At propria ferè Punica corripuntur, Annibal, Hasdrubal, sicut masculinum sal salis.
- 9 In el breue addūt genitiuo lis, ut mel mellis, fel fellis.
- 10 In el, longum sunt barbara, penultima producta, addita is, ut Daniel, elis.
- 11 In il breuia sunt, & addita is faciunt genitiuum penult. corr. ut pugil pugilis, uigil uigilis.
- 12 In ol productum, quod etiam in genitiuo longum est, unum, Sol solis.
- 13 In ul omnia breuia adiecta is faciunt genitiuum, & penul. corripunt, ut Consul consulis, exul exulis.
- 14 In an produ. assumit is, & penul. producit, ut Titan Titanis. Pæan Pæanis. Ea omnia sunt Græca.
- 15 In en cor. habet inis pen. corr. in genitiuo, omniaq; sunt neutra, ut flumen, inis.
- 16 In en produ. accepta is faciūt genitiuum, lien lienis, ren renis, splen splenis. Græca similiter.
- 17 In in productam assumit is, ut Delphin, inos. Eleusin, Salamin, inos.
- 18 In yn eodem modo is assumit, ut Phorcyn, ynos.
- 19 In on omnia in nominatiuo producta, genitiuū aut in onis productam habet, ut Simon Simonis, Lacon, Laconis. aut in onis cor. ut Lacedæmon, onis. Nonnunquam in ontis, ut Demophon, ontis, Stilbon, ontis. Sed de his præcipere absq; Græca linguæ subsidio non conuenit.
- 20 In ar correp. assumit is, in genitiuo: ut, Cæsar, aris, nectar, aris. Atq; illud a, in genitiuo corripitur in primitiuis, in

uis, in neutris uerò deriuatiuis producitur: ut, altar, exēplar, lupanar. Iubar excipitur. Hepar hepatos Græcū est.

21 In ar product. etiam adsumit is, ut Nar naris, par, paris, sed far geminat r, farris. Par ut in nominatiuo producitur, genitiuo uerò penultimam habet correptam, ita omnia eius composita, impār, impāris.

22 In er breue assumunt is, ut agger eris, carcer carceris. At uolucer, alacer, acer, habent cris, uolucris, alacris, acris.

23 In er longum, is quoq; assumunt. Sed ea in genitiuo uel corripiunt penultimam, ut aēr aëris, aether atheris: uel producunt ut uer, stater, character, quæ à Græcis discere oportet. Latini etiam in nominatiuo quedam apud Græcos longa, corripiunt, ut pater, mater, frater, quæ genitiuum per tris formant, sicut etiam uenter & uter. Imber autem & ab eo composita bris habent, ut September, October, Nouember, December. ita celebrer & saluber. Iupiter Iouis, & iter itineris regulis exciderunt, ut de heteroclitis admonuimus.

24 In ir correp. unum est gentile Gaddir, gaddiris, alia in ir non declinantur.

25 In yr omnia Græca sunt, ut martyr, yris, uel yros. Ita pyr.

26 In or correptam, in oris faciunt genitiuum penultima producta in masculinis ac fœmininis, ut omnia uerbalia, lector, amor, & cætera. Excipiuntur arbor, memor, & composita à decus & corpus, ut dedecor, indecor, bicorpor, tricorpor: & Græca pleraque, ut Rhetor, Castor, Hector. At neutra in or corripiunt o in genitiuo, ut marmor, æquor.

27 In ur corr. is accipit i genitiuo, ut guttur, sulphur.

At rob

At robur, ebur, femur, & iecur habent ōris in genitiuo  
 28 In ur longum est unum fur, quod etiam penulti-  
 mam genitiui longat.

29 In as breue omnia sunt Græca, & in ados genitiuū  
 faciunt, ut Pallas Pallados, Olympias Olympiados.

30 In as longum genitiuum faciunt in atis penult. lon-  
 ga, ut ciuitas, uirginitas. Propria uerò Græca frequenter  
 sunt in antis, ut Bias Biantis, Thoas, Calchas. Latina au-  
 tem propria in atis: ut, Mecœnas, Lenas. Garamas uerò,  
 Gigas, Elephas & Adamas similiter ut Græca in antis  
 faciunt genitiuum. At mas maris, as asis, uas uasis pro  
 continente, uas uadis pro sponse habent.

31 In es, breue nomina uel masculina uel communia,  
 habent itis, in genitiuo. Masculina ut ames, cespes, fo-  
 mes, gurges, limes, merges, palmes, poples, trames. Com-  
 munia, ut ales, diues, eques, hospes, miles, pedes, sospes.  
 Quædam autem non itis, sed etis habent penulti. corr. ut  
 præpes, & quæ à uerbis deriuantur: ut, teres, hebes, in-  
 diges, impes, interpres. his adduntur duo seges & teges:  
 Composita à nominatiuo sedes, idis pen. corr. habent, ut  
 præses, deses, obses.

32 In es longum, raro crescunt, sed es in is breue mu-  
 tant, ut clades cladis, cædes cædis, labes, moles, nubes, pu-  
 bes, proles, rupes, strages, uulpes. Excipiuntur hæc quæ  
 etis penultima producta habent, ut agnes, locuples, ma-  
 gnes, quies quietis, & eius compositum inquietis, lebes,  
 tapes, mansues, & Cres etis. Cuiusmodi sunt & propria  
 uirorum, Thales, Chremes, Hermes, Laches, Dares &  
 Ramnes: quanquàm quædam ex his, es in is uertūt absq;  
 crescentia: ut, Chremes Chremis. Sed de his Græcos con-  
 sulere oportet. Item pes pedis format pen. corr. cū omni-  
 bus

bus compositis. Duo nomina in edis pen. producta, hæres hæredis, merces mercedis. Ceres uero Cereris habet. Abies, paries, aries, et is pen. corrept. habent.

33 In is corr. nominatio genitiuum habent simile, ut auis, bilis, clavis, ensis, finis, ignis, & cætera. Quatuor affis castis, cuspis, & lapis, idis habent pen. cor. Sanguis sanguinis. Græca uero apud Latinos in usu, quæ idis in genitiuo habent, sunt innumera, Aegis, Bolis, Diplois Endromis, & c. & librorum nomina Aencis, Achilleis, Thebais. & uirorum, Alexis, Adonis, Daphnis, Paris. & mulierũ, Bacchis, Chrysis, Margaris, Mysis, Thais. & Deorum, Apis, Anũbis, Isis, Osyris, Scrāpis. & fluuiorũ, Phasis, Tigris, Tybris. quanquam hæc ferè etiam in is absq; crescentia reperiuntur. Deniq; hæc quatuor, Vomis, puluis, cinis & cucumis eris habent penul. cor. in genitiuo, quia olim terminabantur in er. Quibus quidam addunt impubis ëris. At illud sub regula generali manet, ut probat illud Vergilij, Impubis Iuli.

34 In is productam habet itis penul. longa, ut Dis, lis, Quiris, Samnis. At glis gliris, & uis genitiuum nominatio similem habet, ut quibusdam placet.

35 In ys Græca in yos faciunt genitiuum, ut Erinnyes Erinnyos. Quædam in dos, ut chlamys, ydos.

36 In os corrept. os ofsis, nec plura enumerantur.

37 In os produ. masculina habent oris pen. producta, ut mos, ros, flos, honos, lepos. At nepos nepotis habet, quemadmodum & alia nõ masculina, sacerdos, cos, dos, in otos penult. produ. & Græca ἀπό τῆς κίρας composita, ut Monoceros Aegoceros & Rhinoceros. Compos autem & impos otis habent pen. corr. Custodis à custos est. & gloris à glos, oris ab os, bouis à bos. Græca in ois, uel in

uel in os. Tros Trois Troos. Minos, Heros.

38 In us corr. faciunt genitiuum in oris, ut corpus, decus, littus, nemus, tergus. At quæ in dus, lus, nus desinunt habent eris in genitio: ut, sydus, fœdus, pondus, rudus, uellus, olus, scelus, Venus, uulnus, munus, onus. Excipiuntur duo pignoris ac fœnoris, quæ tamē in eris quoq; antiquitus fuere, quod uerba eorum ostendunt. Item facinus & penus oris habent. Dat pecus hæc pecudis, pecus hoc pecoris sibi iūgit. Intercus habet intercutis pen. cor. Sed breuiorē regulam Priscianus subiungit. Omnia neutra, inquit, supra syllabam, in us desinentia, si habuerint uerba in ero exeuntia, per eris faciunt genitiuū, ut pondus, hulcus, latus, holus, opus, glomus, munus, uetus, uulnus, acus. Excipiuntur tempus & frigus. Porro comparatiua neutra in us, sua sequuntur cōmunia, & genitiuum in oris formant pen. prod. Plus tamen pluris format.

39 In us produ. habent utis pen. prod. in genitio: ut, salus, uirtus, senectus, iuuetus. Excipiuntur tellus telluris, & palus paludis. Monosyllaba etiā in us, producta sunt omnia, & huius declinationis. Genitiuū autē in uris productam habet, ut crus cruris, ius, tus, mus uris: Grus autem & sus nominatiui producti, in genitio r amittūt, & penul. corripit. Cæterum ἀπό τῆς ὀὐρῆς τῶ δὲ δὲ composita, podos in genitio habent: ut, Melampus, odos: Oedipus, odos: tametsi Oedipus secunda quoq; declinatione Latini declinarūt. Itē quæ apud Græcos genitiuū ī untis habet: ut, Amathus, untis: Opus Opuntis, Hydrus hydruntis.

40 In æs diphthongum duo sunt, æs æris, præ prædis.

41 In aus quoq; diphthongum duo, fraus fraudis, laus laudis. Emaus huc non pertinet.

42 In ans in antis formant genitiuum, ut amās amantis.



tis. Excipitur glans glandis.

43 In ens breue, in entis, ut legēs entis. Excipitur lens lēdis, pro capitis uermiculo: ita libripēs endis apud Pli. Iens autem euntis habet cum cōpositis, prāter ambiens. Item quiens & nequiens in euntis. Hoc tamen apud lectorem testatum uolui, nescire me quā in ens uerē correpta sint, cū participia in ens à prāteritis imperfectis deriuentur penultimam producentibus in omni coniugatione. Et Prisciani locus eo in loco mire uariat.

44 In ens productum similiter in entis: ut, V fens entis.

45 In ons correptum, in ontis, Sons fontis, in sons infontis: nec sunt plura.

46 In ons product. similiter in ontis, ut mons, prāter frons frondis pro ramo aut folio.

47 In uns, ut Aruns, in untis facit genitiuum.

48 In yns unum fœmininum Græcum ait Priscianus, Tiryns tirynthos: meminit Strabo in 8.

49 In ars, i tis faciūt genitiuū, ut Mars Martis, pars tis.

50 In ers item in tis, ut iners inertis, nec facile plura reperias.

51 In ors item in tis, ut mors mortis. Excipiuntur composita à corde, quæ in dis formant genitiuum, ut concors, discors, uecors, excors.

52 In urs ut Tyburs, in urtis: nec plura puto esse.

53 In uls in ultis, ut puls, atque hoc est duntaxat.

54 In ems unū, ut hyems, quod hyemis facit i genitiuo.

55 In abs ut trabs trabis, antiqui tamen & trabes dixerunt. Arabs abis.

56 In ebs cor. ut cœlebs, cœlibis habet in genitiuo.

57 In ebs productum, unum fœmininum inquit Priscianus, Plebs plebis.

- 58 In obs in obis faciunt genitiuum, Scobs scobis, scrobs scrobis.
- 59 In ybs, ut Chalybs in genitiuo Chalybis habet.
- 60 In urbs ipsum nomen urbis habet.
- 61 In aps, ut daps dapis. Cuius n̄us in raro est usu.
- 62 In eps accipiunt in genitiuo i ante s, & mutant e in i, ut princeps principis, forceps forcipis. Auceps tamen aucupis format, & composita à capite duplicem accipiunt crescentiam, ut præceps præcipitis, anceps ancipitis.
- 63 In ips, ut stips stipis. miror apud Priscianum hoc omissum.
- 64 In ops, ut Cyclops Cyclopis, hydrops hydropis, penultima producta. Vnum Latinum ops, & eius compositum inops inopis penultima correpta.
- 65 In yps, ut Cinyps Cinyphis. Sed ea Græca sunt.
- 66 In irps unum, ut stirps stirpis.
- 67 In t, ut caput cum duobus compositis Synciput & occiput itis habent in genitiuo, nec sunt plura.

## IN X.

De terminationibus in x dicturi, operæpretium duximus de mutarum cognatione quadam dicere. Notandum igitur antequàm litera x à Grammaticis inuenta esset, duas pro ea fuisse in usu literas, aliquando c s. aliquando g s. Nam c & g eiusdem sunt ordinis etiam apud Græcos, quanquam utriusq; literæ sonus hodie corruptè pronuntiatur, e & i sequentibus uocalibus. Debat enim omnibus sequentibus uocalibus idem manere sonus Ga, ge, gi, go, gu. At nos sequentibus e & i uocalibus, primū g ut i consonantem pronuntiamus. Gentem enim & gentes dicimus, quasi pronuntiemus subiunctiuum ientem ientes à uerbo lento. Deinde in c, idem erroris admittimus

Ca, ce, ci, co, cu. Sequētibz enim e, & i, nunc propè sonū, literæ s, habet, ut cinis, quidam finis enuntiant: quidam asperius ut z, zinis, mira subtilitate alteros alteris reprehendentibus, cum utrique errēt. Sed nunc de formatione Genitiui horum nominum in x dicamus. Igitur quæ nomina in x sunt à uerbis in go, ea olim ante inuentam x litteram scribebant ad Græcorum imitationē per gs, ut Regs, legs, gregs, remegs, coniugs. Ac interposita i litera faciebant genitiuos Regis, legis, gregis, remigis, cōiugis. Alia autem serè per cs scribebant, ut pacs, fallacs, filics, ac eodem modo interposita i uocali genitiuos formabāt, pacis, fallacis, felicis. Atque hæc formatio in omnibus propè nominibus in x obseruatur, tribus fortè exceptis, nox noctis ad genitiuum Græcum, nix niuis, & senex senis, quam ueteres etiam senecis protulerunt, quod de supcletilis etiam dicimus. Itaq; de singulis XX, terminationibus in x differere supersedemus. Quando nobis nominatiui, natura uel breues, uel longi non omnino sunt noti. Priscianus quidem ait Latinos genitiui consyderatione nominatiuos in x uel longos, uel breues iudicare. Calix enim ultima breuis natura ex genitiuo calicis ostēditur, & felix longa ob suum quoque genitiuum felicis. Quod sit ne etiam in nominibus in x κατακλικός obseruatum, haud equidem affirmarim. Certe in alijs terminationibus, ut ex predictis multis patet, ea præceptio claudicat. Tribunal, alis, exemplar, par, grus, sus, & cætera, quorum nominatiui producuntur in his, in illis corripitūtur. cum genitiui contrarium patiantur. De quantitate autem genitiuorum in his nominibus hæc sunt regulæ. Polysyllaba in ex correptam, mutant e in i breue in genitiuo, ut apex apicis, codex codicis, uertex uerticis. Excipiūtur tria, lodex lo-

dicis, uibex, icis, & uertex ueruēcis penultima longa, Item in x masculina Latina, ait Priscianus, i corripunt in genitiuo, ut fornix fornicis, uarix uaricis. Et barbara penultimam corripunt ad eandem formam, Volux Volūcis, Pharnax Pharnācis. Alia omnia in x desinentia, per obliquos casus longam habent penultimam uel natura, uel positione. Excipiuntur hæc duodecim, crux, dux, nux, trux, coniux, grex, fax, pix, salix, nix, nox, & supellex. Supellectilis enim duplex est nominatiuus uetustus, & genitiuus nunc in usu, autore Prisciano. Quidam his nominibus adijciunt filix, quod etiam penultimam corripit, cum sit foemininum. Græca autem apud Latinos manent integra, ut apud illos, Pheax Pheācis, Colax Colācis, Sphinx Sphingos: de quibus inepti quidam conati præcipere in uniuersum, conatu turpiter destiterunt. Composita autem simplicium declinationem sequuntur, ut exlex exlegis, pernox pernoctis.

## DE ACCVSATIVO.

Accusatiuus singularis, tertiæ declinationis est in em, Græcos tamen accusatiuos in ιη, Latini aliquando in in, aliquando im uerterunt, in ijs nominibus præcipue, quæ in is, genitiuo non crescente, terminantur, ut Tybris, im. Araris, im. Paris, im. Nam cū crescunt eiusmodi nomina, etiam in em protulerunt, ut Paridem. Simili modo hæc decem: Turrim, burim, securim, puppim, sitim, restim, uim, peluim, tussim, maguderim, in im Latini proferunt, quam quædam ex his utroque modo, ut puppem, turrem. Denique in Græcis nominibus accusatiuos in a Latini quoque frequentissimos habent, ut Titana, lampada.

## DE VOCATIVO.

Vocatiuus similis est nominatiuo. Vbi notandum, Latinos

nos ferè in nominatiuis Græcorum nominum cuiuscunq; declinationis, abijcere s literã, & facere uocatiuos, quos & communis apud Græcos lingua ferè facit, ut Pallas Palla, Panthus Panthu, Thebais Thebai, Orpheüs Orpheu, Amaryllis Amarylli. Et in his quidem ultima semper longa, præter i, Phyllis Phylli.

## DE ABLATIVO.

Mirum hunc casum ita diuerse apud Latinos prolatum, cum multa huius declinationis nomina ablatiuum habeant in i tantum, pleraque in e correptam, alia tum in i, tum in e. In i tantum habent neutra in e appellatiua, ut monile. Item in al neutrorum, ut tribunal. In ar genitiui penultimam producetia, ut calcar calcaris. Item communia omnia quæ neutrum in e habent, Saluber salubris salubre, dulcis dulce, & quæ in im accusatiuum habent, ut Charybdim Charybdi. Denique mensium nomina in is, ut Aprilis, Quintilis, Sextilis. Et in r ab imber composita, cum & ipsum simplex in i habeat ablatiuum, Septembri, Octobri. At in i & e omnia adiectiua omnis generis, uetere ueteri, felice felici. hospes tamen & soppes, pauper & deneger & uber in e tantum legimus. Item quæ nomina accusatiuum in em & in im habent, ea in e & i, ablatiuum habent, puppe puppi, turre turri. Itē nomina exeuntia in uis & guis genitiuum non excedentia, auis aui uel aue, anguis angui & angue. Et alia ferè omnia substantiua, quorū extrema syllaba in is desinit, à duabus incipiens consonantibus, ut ignis, uectis, annis. Et comparatiua in e & i sunt, ut maiore maiori: sic nomina uerbalia in ix, quia plurali numero sunt omnis generis. Denique in as circumflexa, Arpinate Arpinati. Reliqua omnia huius declinationis nomina in e correptam desi-

nunt, ut sacerdos. quanquàm poëta necessitate carminis hæc aliquãdo confundunt, ut classi pro classe. & contrà imbre pro imbri. Adiectiua quoq; quæ sunt substantiua, in e tantum sunt: ut Martialis le, Clemens, Felix, & c.

#### DE NOMINATIVO PLVRALI.

Nominatiuus pluralis in es productam. Neutra autẽ, uel a uel ia habent. Ia quoties ablatiuus uel in i tantum, uel tam in i, quàm in c, ut maria, tribunalia, calcaria, dulcia. excipiuntur uetera, & comparatiua, ut maiora, minora, plura, quanquàm & plura apud ueteres legitur. A solum habent ea nomina quæ e tantum in ablatiuo habent, ut tempora, numina, & c.

#### DE GENITIVO PLVRALI.

Ablatiuus in i, uel tam in e quàm in i, genitiuum pluralem habet in ium, ut moniliũ, tribunalium, calcarium, dulcium, salubrium, feliciũ, puppiũ, uictriciũ, auium, ignium, sapiẽtium. Ex his tamen quædam syncopam patiuntur, ut sapientũ pro sapientium, & merentũ pro merentium. At comparatiua habent um, nõ ium, ut Maiorum, minorum. ita ueterum, uigilum, memorũ, supplicum, artificũ. Nomina item parisyllaba in nominatiuo ac genitiuo singular. sunt in ium, ut collis collium, ædes ædium, quanquam uatum & sedum, pro uatium & sedium legitur. Tria tamen sunt quæ respuunt i, ut canum, iuuenum, panum. Nominatiuus quoq; in duas consonãtes desinens, & ablatiuus in e habẽs, ium habet, ut frons, pars, plebs, urbs, stirps, ars: Exceptis in ps, quæ in um sunt, si non fuerint à capite composita, ut princeps, forceps. Chalybs & arabs, quia Græca sunt, & um habent. In as monosyllaba in ium sunt, ut uas uadium, as asium, mas marium. At polysyllaba frequẽtius in um. ut ciuitatum. In es item  
semper

semper pluralia, & in is longum, in ium quoque formant genitiuum pluralem, ut uires uirium, lis litium. Cetera uerò omnia, ablatiuum in e solam terminantia, habent um, poëmatum, Ciceronum, consulum, Titanum, ducum, patrum, uirtutum, &c. Alituum auctione u pro alitum, Boum dempto u pro bouum prolata sunt. Excipiuntur ab illa regula noctium, niuium, cordiũ, carniũ, fauciũ, prædiũ, osium, calcium, lanciũ, & artium.

DE DATIVO ET ABLA-  
TIVO PLVR.

Hi sunt in bus, exceptis nominibus in a Græcis, quæ Latini sæpe in is longum proferunt, quasi essent à prima declinatione, ut poëmatũ, emblematis, toreumatũ.

DE ACCVSATIVO PLVRALI.

Accusatiuus huius declinationis, præter neutra in ea, quatuor habet terminationes, es eis is & as. Es productum quidem regulariter, ut sacerdotes: as correptum in Græcis, ut Rhetoras, Heroas, & cetera. Eis autem siue is longum in ijs nominibus, quæ ium habent in genitiuo plurali, maxime autem, quæ genitiuo nõ crescunt, ut omneis & omnis, de quibus Priscianus conatus in uniuersum dicere, sed satis obscure. Breuius hæc Seruius ad illud Vergilij libro primo Aeneidos: Treis Notus abreptas in saxa latentia torquet. Quoties, inquit, Genitiuus in ium facit, accusatiuus in is exit, ut puppiũ puppis: Si uerò in um in es, ut patrum patres. - Hæc ille.

QUARTA ET QUINTA DE-  
CLINATIONES.

Harum declinationũ, ut antea diximus, omnia nomina sunt Latina, nec quicquam à Donati simplici traditione deuiant, præter datiuos ablatiuosq; plurales

leis quartæ. De quibus Priscianus, est autē (inquit) quando differentie causa hæc declinatio pro i seruat u, ut artus artubus, partus partubus, arcus arcubus, artibus enim & partibus & arcibus ab arte, parte & arce nascuntur, quæ tertie sunt declinationis. Valla libro tertio elegantiarum addit, questubus à queror absque diphthongo, ut differat à quæstibus, quod est à quero cum diphthongo, quod significat nummarium lucrum. cum illud significet querelam. Addit & Priscianus, sed nulla differentie gratia, quatuor, portubus, specubus, tribubus, lacubus: quibus insuper addunt acubus, & ficubus, quidam etiam quercubus. Id etiam notum est, neutra in u in singulari non declinari, in plurali tres casus neutrorum in uia, reliquos masculinis similes habere, præter datiuum uerubus. Quintæ item declinationis tres in plurali casus, genitiuum datiuum & ablatiuum ferè deficere, in heteroclitis admonimus. Poëtica autem, ut *Libra die*, & *Eius anuis causa*, tutò hic omittuntur.

FINIS.

## DE GRADIBVS

COMPARATIONIS EPI-

TOME EIVS-

DEM.



**C**RÆCI duos habent comparationis gradus, Comparatiuum ac Superlatiuum. Nam positiuus proprie gradus non est, sed thema unde alteri duo formantur, Comparantur autem autore Donato, appellatiua duntaxat, qualitatem aut quantitatem significantia: qualitatem, ut *bonus malus*: quantitatem,



tatem, ut magnus parvus. Porro terminationes positiuorum, aliquando sunt una terminatione trium generum, ut hic & hæc & hoc felix, uetus. Aliquando duabus terminationibus, ut hic & hac dulcis & hoc dulce, fortis forte, & cætera. Aliquando tribus, ut hic calidus, hæc calida, hoc calidum: hic pulcher, hæc pulchra, hoc pulchrum. Hanc formulam uocant motionem, quæ est in omnibus adiectiuis, etiam in ijs quæ non comparantur. Nam ea sola comparantur, quæ augeri ac minui possunt. Cætera mouentur. Est igitur motio talis in positiuis. In comparatiuis perpetuò in or duum generum, & in us neutrorum. In superlatiuis perpetuò per tria genera, us, a, um.

## DE FORMATIONE COM-

## PARATIUI.

## CAP. I.

Comparatiuus à nomine secundæ declinationis formatur, hoc modo: genitiuo additur or, fitq; i breue, albus albi, bior. A nomine tertie declinationis simili modo formatur, si datiuo addatur or, ut fortis forti fortior. Excipiuntur à priore regula nomina in icus, ut magnificus, honorificus: & in loquus ac dicus, ut uaniloquus ac maledicus: & in uolus, ut beneuolus. Hæc enim comparatiua in entior, superlatiua in entissimus faciunt, de quibus copiose Valla lib. i. cap. x. disputat. Sinister item sinisterior facit, non sinisterior. Item bonus melior, malus peior, ut postea dicemus. A posteriore regula excipiuntur iuuenis & nequã, hoc quòd indeclinabile, illud quòd iunior facit, non iuuenior. Amicus inimicus, pudicus impudicus ac spurcus (quanquam Grammatici dicant adsumere syllabam ci) sæpe legimus ab hac regula priore non declinare.

**Q**uando positivus est secundæ declinationis in us, superlativus fit à genitivo eiusdè, addita s litera, ac *simus*, ut *bellus belli bellissimus*, *albus albi albissimus*. Anomala postea tractabimus. Et de nominibus in icus fit satis semel admonuisse. Quando autem positivus secundæ declinationis in er desinit, superlativus fit à nominativo positivi, addendo *rimus*, ut *tener tencerrimus*, *piger pigerrimus*.

Deniq; si positivus tertie sit declinationis, à genitivo fit superlativus addendo *simus*, ut *dulcis dulcissimus*, *felicis felicissimus*. Ita *locuples ac audax*, &c. At in er sequuntur formam secundæ declinationis in er, ut *acer, acerrimus, pauper pauperrimus, celebr celeberrimus*. Ita *vetus veterrimus*, quòd olim *veter* pro *vetus*. Item quinque dictiones, *facilis, agilis, gracilis, humilis, similis*, quæ hac dictione continentur (FAGVS) quæ *limus* habent in superlativo, *facilimus, agilimus, &c.* Laurentius addit *docilis docilimus*.

## DE DEFECTIVIS ET ANOM-

## MALIS.

## CAP. III.

**O**cyorocyssimus positivus Græcum habent ὀκνός ἰσ. Temperius adverbium comparativi gradus apud Ovidium lib. 4. τῶν μεταμετρώων. Ipse ipsissimus invenitur apud Plautum. Potis potior. Item adverbia potius ac potissimum, nec plura de hoc apud disertos. Senex senior, iuuenis iunior, adolescens adolescēior, tria hæc oarent superlativis, ut etiam anterior ab ante caret. Nequam nequior nequissimus habet comparativum & superlativum regulares, ipsum anomalum. De in dicus, *fecus, loq*

cus, loquus, ac uolus nominibus antè admonuimus, nam à positiuis excidunt. A' præpositionibus sunt comparatiua ac superlatiua hæc, propior ac proximus à prope, ulterior ultimus ab ultra, superior supremus à supra, inferior infimus ab infra, interior intimus ab intra, exterior extremus uel extimus ab extra: quanquàm alij ab exter nomine hæc deduci malint: posterior postremus à post, alij autè à posterus formant: citerior citimus à citra, ceteri alij à ceter deriuent. Ab aduerbijs, Prior primus à pridè, & penitior penitissimus à penitus. Deterior deterrimus multi à detero uerbo deriuat, alij à deter nomine. Dexter dextimus. Sinister sinistimus. Nomina item hæc quatuor prorsus anomala, Bonus melior optimus, malus peior pessimus, magnus maior maximus, paruus minor minimus. Multus plurimus, multa plurima, multū plus plurimū. in masculino ac fœminino singularē numerū in comparatiuo amisit, in plurali plures, cōmuni etiā genere, ac plura neutro est frequens. Deniq; ut tandè finiamus: Nomina in us, quæ habet i uel u ante us, carent comparatiuo ac superlatiuo: ut, Pius, egregius, arduus, strenuus, industrius. Porro illa adsciscunt sibi aduerbiū magis cū positiuo, & maxime in superlatiuo, ut magis pius, magis strenuus, maxime pius, &c. etiam si apud Plautum legas strenuior: apud Catonem, arduus: apud alios etiam alia.

FINIS.

## GLAREANI IN HETERO-

clita Præfatiuncula ad  
Lectorem.

**Q**uòd apud Latinos tot sint heteroclita nomina; planè arguit Latinam linguam minus lege cōstrictam quàm Græcam, aut minus (ut uocant) regulatam.

Nos

Nos totum hoc chaos, exemplo eximiorum ante nos uirorum, in decem modos, uelut classes quasdam, coniecimus, non omnia quæ colligi poterant adducentes (poteramus enim plura) sed quæ magis usu recepta uidebantur. Nam hæc Grammaticæ portiuncula maxime ex autorum usu pendet. Tu quod tibi molestus esse nolim, hæc paucula animo benigno accipe, & quod ad reliquas Grammatices partes hæc quoque præceptio neutiquam negligenda uideatur, hic uel paululum animum attende, ac uale.

# HENRICI GLA-

REANI POETAE

LAVREATI,

DE

NOMINIBVS HETERO-

CLITIS EPI-

TOME.



HETEROCLITA Græcè, Latine uariè declinata. Quippe ἑτεροῦ uariius dicitur, κλιτός declinatus. Dicuntur autem nomina heteroclita decem modis. Primo quãdo uariant genus, ut cœlum. Secundo declinationem, ut uas uasis. Tertio quando uariant & genus & declinationem, ut epulum. Quarto quando obliqui non rite formantur à nominatiuo: ut, Iupiter Iouis, iter itineris. Quinto quãdo casus deficiunt, aut alter numerorum, ut ius, tus, rus, aurum, diuitiæ. Sexto quando nomen duas habet declinationes, ut domus. Septimo quando nomen habet uarias significaciones in diuersis casibus, ut ops. Octauo quando habet diuersos

uersos obliquos pro diuersis significatis, ut frons, lens. Nono quādo nomen habet diuersas terminationes, ut tonitrus, u, tignus uel tignum. Decimo quādocunq; nomen non sequitur regulas declinationum: ut, ambo, duo.

## EXEMPLA PRIMI MODI.

Locus, iocus & baltheus, in singulari sunt masculina tantum: in plurali & masculina & neutra indifferenter.

Carbasus, arbutus, intybus & Pergamus in singulari numero sunt foeminina, in plurali neutra.

Coelum, rastrum ac porrum in singulari numero sunt neutri generis, in plurali masculina.

Frenum, claustrum, filum & capistrum in singulari sunt neutra, in plurali tum neutra, tum masculina.

Altilis & supellex in singulari sunt foeminina, in plurali uerò neutra. Dicimus enim altilia & supellectilia. Tartarus, sibilus, supparus, tenarus, infernus, manalus, auernus, dindymus, pileus, ismarus, gargarus, massicus, in singulari masculina, in plurali neutra, quanquam infernus potius adiectiuum est oppositum superno. Et piculum frequentius in neutro genere dicitur. Et supparum quoque inuenitur.

## EXEMPLA II. MODI.

Vas uasis in singulari est tertiæ declinationis, at in plurali secundæ. Contrarium eius est iugerum in singulari secundæ declinationis, in plurali tertiæ, autoribus Phoca & Valla.

## EXEMPLA III. MODI.

Pascua, zizaniaq; in singulari numero sunt foeminini generis & primæ declinationis, in plurali autem neutra & secundæ declinationis.

Euentus, iussus, permissus substantiua in singulari masculina

*sculina ac quartæ declinationis, in plurali uerò neutre ac secundæ declinationis. autore Valla.*

*Balneum & amygdalum in singulari numero sunt neutra & secundæ declinationis, in plurali tum neutra secundæ, tum fœminina primæ declinationis.*

*Delitium & epulum in singulari numero sunt neutra secundæ declinationis, in plurali fœminini generis & primæ declinationis.*

## EXEMPLA IIII. MODI.

*Iupiter in genitiuo Iouis, tametsi Iupitris & Iupite-  
ris apud antiquos fuit, ut Diespiter, tris.*

*Iter itineris, olim etiam iteris. Sed de itinere soli no-  
minatiuus, accusatiuus & uocatiuus singulares usu exci-  
dère: In iter autem soli tres illi casus mansere.*

*Iens cum omnibus compositis, habet in genitiuo cun-  
tis, ut exiens exeuntis, abiens abeuntis. Ambiens tamen  
ambientis habet.*

## EXEMPLA V. MODI.

*Huius modi exempla latè patèt. Sed notandũ sex esse  
casuum formas, siue sextupla esse nomina. Monoptõta  
sunt quæ unum casum, id est, unam terminatiõnem habent,  
ut quatuor, quinque, sex, ac deinceps omnia numeralia.*

*Diptõta quæ duos tantum diuersos habent casus, ut  
fors, in ablatiue forte.*

*Triptõta quæ tres habent terminationes, ut epulum;  
uis: Et omnia neutra secundæ declinationis singularia.*

*Tetraptõta, quæ quatuor, ut puer, magister.*

*Pentaptõta, quæ quinque habent terminationes, ut do-  
minus.*

*Hexaptõta, quæ sex, ut totus, solus, unus.*

*Quædam solum nominatiuum habent, quæ uocant  
aptõta,*

aptōta, ut Iupiter. Quædam solum nominatiuum accusatiuum & uocatiuum singularia, ut *pus, hir, fas, nefas*. Quædam in singulari sunt monoptōta, in plurali triptōta, ut ferè omnia in u quartæ declinationis, ut *cornu, genu*.

*Nex, prex, frux, & daps*, sunt rara uerba in nominatiuo. *Vix*, unde *uicis* & *uicem*, nusquã inuenitur. In genitiuo datiuo & ablatiuo plurali non solum quinta declinatio ferè in omnibus deficit: sed & *os oris, tus, ius, rus, æs, uinum, mel & far*, eos amittunt casus. Et in tertia pleraq; Græca in eisdem deficiunt casibus, ut *hyems*.

Vocatiuus in omnibus pronomibus deest, exceptis quatuor, *Tu, meus, noster & nostras*.

Quæsitia item siue interrogatiua, ut *quis, uter*. Distributia, ut *omnis, quicumque*. Relatiua, ut *qui, qualis*. Negatiua, ut *nullus, nemo*. Infinita, ut *aliquis, siquis, carent uocatiuis*.

#### Nomina tantum singularia.

Nomina quæ significant *æs* atque metallum, raro habent pluralem numerum, ut *aurum, argentum, stannum, plumbum, electrum, orichalcum*.

Nomina significantia liquores, qui mēsurari aut ponderari solent, raro habent pluralem numerum, ut *lac, oleum, butyrum, mulsæ, mulsæ, nectar, acetum, cereuisia, pix, piper, seuum, sapo, minium, crocum, cera, ptisana*. Generalia nomina seruant, ut *maria, æquora, &c.*

Nomina significantia species frumenti aut leguminis raro habent pluralem numerum. Frumenti, ut *triticum, auena, siligo, milium, panicum*. Leguminis, ut *canabis, cicer, linum, uicia, eruum*. Frumenta sunt quæ spicis continentur, ut *hordeum, triticum*. Legumina, quæ folliculis, ut

lis, ut faba, pisa. Tamen hæc excipiuntur à regula, hordeum, fabum, melo, far, pisum ac lupinum, quia habent pluralem numerum.

Ver, pax, sanguis, uulgus, pelagus, tellus, humus & gelu, etiam carent plurali numero.

Propria nomina natura quidem carent plurali numero, ab autoribus tamen sæpißime usurpantur pluraliter.

Nomina tantum pluralia.

Nomina tantum pluralia uaria sunt. Alia sunt fœminina primæ declinationis. Alia masculina aut neutra secundæ declinationis. Alia masculina, fœminina aut neutra tertiæ declinationis. Alia quartæ.

Fœminina primæ declinationis semper pluralia.

Argutiæ, blanditiæ, bigæ, ceremoniæ, calendæ, cunæ, decimæ, excubiæ, exuuiæ, exequiæ, feriæ, illecebræ, induciæ, inferiæ, induuiæ, insidiæ, latinæ, literæ, manubiæ minæ, nonæ, nundinæ, nugæ, nuptiæ, phaleræ, primitiæ, quadrigæ, quisquiliæ, reliquiæ, scopæ, thermæ. Et nomina propria ciuitatum, Baia, Cumæ, Mycænæ, Athenæ, Thebæ, Syracūsæ, Venetiæ, Fidænæ.

Masculina secundæ declinationis  
semper pluralia.

Cani, cancelli, fori, posteri, superi, inferi, liberi. Et ciuitatum nomina, Gabij, Veij, Philippi, Tarquinij, Puteoli, Fundi, Circaei.

Neutra secundæ declinationis  
tantum pluralia.

Arma, exta, præcordia, crepundia, cunabula, compita, equiria, munia, tesqua, dionysia. Et propria locorum, Baetra, Cythæra, Solyma, Susa, Artaxata.

Mascul.



Mascul. & fœminina tertiæ declinationis semper pluralia.

Antes, sales, cœlites, natales, procères, maiores, minores, optimates, pugillares, lemæres, sentes, casses, uires, grates, fœres.

Neutra tertiæ declina. tantum pluralia.

Ilia, mœnia, sponsalia, magalia, mappalia, uiscera, megalesia, quinquatria, Saturnalia, Bacchanalia, compitalia, parentalia, floralia, Vulcanalia, terminalia.

Quartæ declina. semper pluralia, Artus & Idus.

EXEMPLA VI. MODI.

Sunt nomina diuersarum declinationum, sed sub una magis usitata, ut domus, in secunda ac quarta, quanquam tres terminationes me, mu & mis non admittit. Arcus pro pice secundæ, pro instrumento quartæ. Arcus ut habet arcus, est iris apud Lucretium, secundæ: Alioqui quo sagittatur, quartæ. Fastus, id est, dies non festus, secundæ: pro superbia quartæ. Cestus, absque diphthongo, id est, cingulum, secundæ: sed cum diphthongo pro instrumento quo pugiles certant, quartæ. Cetus ccti pro balœna, secundæ: pro congregatione, quartæ. Canthus, thi, pro ferro rotæ circumfacto, secundæ: pro cantione quartæ, absque aspiratione. Hortus, ti, secundæ: ortus quartæ. Sinus uel sinum, ni, uasis genus, secundæ: Sinus us: quartæ. Ficus pro arbore, quartæ: pro morbo secundæ. Penus & specus tres habent declinationes & tria genera, tres item terminationes, in us, um & u. Quidam nomina hæc: laurus, cornus, pinus, quercus, fusus & colus, aiunt etiam uel secundæ uel quartæ esse declinationis.

EXEMPLA VII. MODI.

Ops singulari numero est dea, alio nomine Rhea. Ac-

cipitur etiam pro terra. Sed & pro auxilio utroque numero. In genitiuo opis pro facultatis accipitur. Vergil. Aencid. 1. Non opis est nostræ Dido. Item, fer opem, id est, auxilium. Sed opes pro diuitijs frequentissime accipiuntur.

## EXEMPLA VIII. MODI.

Lens lendis uermiculus capitis, lens lentis leguminis genus. Frons frondis, id est, folium aut ramus cum folijs: frons frontis pars anterior capitis. Cassis habet casidis. id est, galea: cassis sine crescentia, cuius tantum pluralis numerus est in usu, retia significat. Ouid. Incidit in casses præda petita meos. Neque hic oportet addere, glis, glans & glos, quando unum duntaxat habent genitiuum.

## EXEMPLA IX. MODI.

Huius modi diuersa sunt exempla, in altera significatione magis usitata, interdum idem, interdum diuersa significantia. Igitur de eis ordine dicendum est,

Nomina & in us & in um.

Curriculus & curriculum, id est, currus paruus, cursus & spatium in quo curritur. Nuntius & nuntium, quam diuus Valla negat, tamen utrunque inuenitur. Item iubilus & iubilū, baculus & baculum, carrus & carrum, cubitus uel cubitum, thesaurus & thesaurum, commentarius & commentarium, chirographus & um, peribolus uel peribolum, id est, circuitus uel septum, dipondius uel dipondium, id est, duorum assium. Item arborum nomina saepe in us, sed fructuum in um, ut hebenus, buxus. Et herbarum nomina, ut crocus, costus, hysōpus, nardus.

Nomina & in a & in um.

Pisa urbs, pisum legumen. Cingulum & cingula, pistrina & um, textrina & textrinum, postica & posticum,

cum, margarita & margaritum, spica & spicum, menda  
& mendum, crusta & um, ganea uel ganeum, buccina  
uel um, rapa uel rapum.

Nomina & in um & in o. Item in  
es & in o, & cæt.

Contagium & contagio, consortium & consortio. Al-  
luuies & alluuius, colluuies & colluuius, compages compa-  
go, ambages ambago, indages indago. In um & es, ut ta-  
petum tapetes. Item in us & in o, ut pauus & pauo, strab-  
us & strabo, capus & capo, scorpheus & scorpheus. Item in  
us & u, ut tonitrus & tonitru, cornus & cornu, astus &  
astu, specus & specu, penus & penu. Duo item sunt nomi-  
na in es communis generis quæ nihilominus foemini-  
num habent per a, ut hic & hæc hospes & hæc hospita, hic &  
hæc sacerdos & hæc sacerdotissa apud Gellium. Et anti-  
stita apud Ciceronem: ait Priscianus.

## EXEMPLA X. MODI.

Ambo & duo pluralis numeri in masculino & neu-  
tro propè nullam sequuntur declinationem. Ador etiam  
indeclinabile usu mansisse, duabus inter se regulis pu-  
gnantibus ait Prisci. lib. Octauo: tamen Ausonius media  
correpta adoris dixit. Vergilius autem, adorea liba per  
herbas, 7. Aeneid.

Hic notandum, quòd istorum nominum composita, ce-  
ra, iugum, limus, animus, arma, bacillus, norma, neruus,  
frænum, cliuus, barba, forma, pœna, damnum, munus, som-  
nus, sunt adiectiua, & sæpe in duas declinationes secun-  
dam & tertiam cadunt, in una tamen magis usitata quàm  
in altera, ut syncerus, bijugus, illimis, magnanimus, iner-  
mis, imbecillis, denormis, eneruis, effrænis, decliuus, imber-  
bis, deformis, impunis, indemnus, immunus, insomnis. Ex

his quædam à Valla elegantissime tractantur lib. elegantiarum primo, cap. 23.

Sed iam desino lectori molestus esse : quippe quæ res finem nullum inuentura sit, nisi ipsi modestiæ memores, mature occurramus. Pelagus est, cuius hic exiguam lacunam uides. Vale qui legis. T. A. G.

## GLAREANVS CANDIDO

LECTORI S. D.

**V**ix ullam Grammatices partem æque utilem, imò æque necessariam existimamus, atque eam, quæ est de præteritorum supinorumq; formatione. Neque enim uerborum inclinatio absq; præteritorum cognitione constabit: Neque participiorum uerbaliumq; nominum, ac etiam deriuatorum uerborum ratio absq; supinorum formula haberi poterit. Quæ omnia si ignorabimus, quo pacto orationem constituemus? Magnopere tamen hic enitendum, ut sint luculentæ, ac breues ea de re præceptiones: alioqui uix ullus finis in tam uasto immensoq; pelago inuenietur. Qua in re Prisciani immodicâ loquentiam merito quis reprehēderit: Videlicet, quòd ea omnia paucioribus multo uerbis dici poterant, quæ ille duobus uoluminibus, elegantibus, si dijs placet, ac prælongis coaceruauit. Hoc uitium hîc certe uitare adnixi sumus, quàm feliciter uerò, lectorũ esto iudicium. Porrò etiam hoc curatum est à nobis sedulò, ut triũ coniugationum sint regule & præteritorum & supinorũ generales. Quod in terra item præstituri libenter eramus, si ullo modo fieri potuisset. At frustra id operæ assumere uidebamur. Ipsa igitur breuitate, ut in cæteris, iuuentutis tædium pro uirili leuauimus, ac te lectorem iudicem constituimus. Vale.

HEN

# HENRICI GLA,

## REANI POETAE LAV- REATI, DE VERBORVM CONIVGA- TIONE EPI- TOME.

Quid Coniugatio, & quot sint coniu-  
gationes. CAP. I.



**C**ONIVGATIO est consequens uer-  
borum declinatio, ait Priscianus libro  
8. Sunt autem quatuor. Prima quæ ha-  
bet  $\bar{a}$  longum, Secunda quæ habet  $\bar{e}$  lon-  
gum, Tertia  $\bar{e}$  breue, Quarta  $\bar{i}$  longum  
in imperatiuo, optatiuo ac infinitiui. Donatus autem con-  
iugationes ex secunda persona presentis temporis indi-  
catiui distinguit: Prima in  $\bar{a}$ , Secunda in  $\bar{e}$ , Tertia in  $\bar{i}$ . At  
tertiam Donati, Priscianus in duas distinguit, in  $\bar{i}$  breue,  
& in  $\bar{i}$  longum, hoc est, nostram tertiam, ac nostram quartam.  
Territus creditur Donatus uno uerbo  $\bar{d}$ ,  $\bar{a}$ s,  $\bar{a}$ re, quod  
 $\bar{a}$  breue habet cum compositis: In sola secunda singularis  
numeri persona presentis temporis indicatiui atque im-  
peratiui  $\bar{a}$  longum obtinuit. Porro Priscianus eodem in  
loco docet plurima uerba diuersarum esse coniugationum.  
Aliquando in eodem significato, ut lauo  $\bar{a}$ s, & lauo  $\bar{i}$ s, ca-  
ueo  $\bar{e}$ s, & caueo  $\bar{i}$ s, quanquam etiam caueo  $\bar{a}$ s, sed alia signi-  
ficatione. Aliquando in diuerso significato, ut dico  $\bar{a}$ s, &  
dico  $\bar{i}$ s, lego  $\bar{a}$ s, lego  $\bar{i}$ s, uolo  $\bar{a}$ s, uolo  $\bar{u}$ is, mando  $\bar{a}$ s, mandu-  
dis, appello  $\bar{a}$ s, appello  $\bar{i}$ s.

De præterito primæ coniugationis.

CAP.

II.

g 9



**V**erba primæ coniugationis præteritum perfectum formant à secunda persona præsentis temporis indicatiui modi singularis numeri, remouendo s, ac ui addendo, ut amas, amaui, uoco as, aui. Excipiuntur undecim, quæ habent uî diuisis syllabis, cubo, crepo, domo, frico, mico, neco, plico, sono, seco, tono & ueto. Do habet dedi, sto steti, iuuo iuui, & lauo laui: quod laui tamē à lauo is ere deductum uidetur. Increpauit tamē inuenitur. Et à plico composita aliquando aui habent, ut applicaui.

De supinis eiusdem.

CAP. III.

**G**enerali regula uerba primæ coniugationis, quæ aui habēt in præterito, aui mutant in atum, amaui amatum. Vno excepto potaui, quod per syncopen habet potum. Vergil. Et potū pastas ago Tityre. Quæ uero in uî, ea habent itum, ut cubo cubui cubitum. Seco tamē sectum habet, & frigo frictum. Mico caret supino. Iuuo iutum. Laui lotum ac lautum. Do datum. Sto statum.

De secunda coniugatione, ac eius præteritis.

CAP. IIII.

**O**mnia secundæ coniugationis uerba in eo terminantur: Atque omnia in eo eius sunt coniugationis, exceptis octo primæ, beo, creo, screo, meo, calceo, laqueo, naufeo ac enucleo: & duobus quartæ, eo ac queo. Est autem de præteritis secundæ coniugationis hæc generalis regula: Verba secundæ coniugationis in præterito habent uî diuisis syllabis, ut habeo habui, doceo docui. Excipiuntur, primum uerba decem in deo, quorum tria si habent, ut suadeo suasi, rideo risi, ardeo arsi. Tria item di, ut strideo stridi, uideo uidi, sedeo sedi. Quatuor geminant principium, mordeo, spondeo, pendeo, tondeo: mordidi, spondididi, pependidi, totondidi. Hic obiter notandum carmen

earmen illud: Si componantur geminantia, non geminantur: quæ est regula communis omnibus uerbis principium geminantibus, quòd composita eorum neutiquam geminantur: Præter composita quatuor uerborum, do, sto, posco, ac disco. Item repupugi inucnimus; & à curro composita utroque modo prolata, frequentius tamen geminata. Porro à regula generali excipiuntur secundò, uerba neutropassiua, ut audeo ausus sum, prandeo pransus sum, gaudeo gauisus sum. Tertio excipiuntur in geo præcedente l uel r ante geo, nam ea in præterito si habent, quorum sunt septem, algeo alsus, fulgeo fulsus, mulgeo mulsus, indulgeo indulsus, tergeo tersus, turgeo tursus, urgeo ursus. Tria in geo habent xi, ut frigco frixus, lugeo luxus, augeo auxus. Quarto excipiuntur tria hæc, fleo, lco, ac pleo cum suis compositis, quæ habent eui, fleui, delcui, repleui. Et torqueo quod torsus habet. Quinto excipiuntur in uco uerba, quæ præteritum in ui syllabam habent, ut foueo foui, moueo moui, caueo caui, ferueo & ferui, & ferbui habet, quanquam hoc fortassis à ferbeo. Et conuiueo conuiui uel xi. Sexto septem hæc uerba excipiuntur, maneo mansus, iubeo iussus, neoe neui, luceo luxus, mulceo mulsus, hæreo hæsus, sorbeo sorpsus & sorbui. Et composita à maneo, quæ a in i mutant, habent ui, ut immineo imminui, emineo eminui. Quidam adijciunt cieo quòd ciui habeat, & quieo quicui, & uieo uieui.

De supinis secundæ coniugationis.

CAP. V.

**V**erba secundæ coniugationis regulariter habent supinum per itum, ut habeo habitum, debeo debitum, præbeo præbitum. Quanquam huius coniugationis uerba pleraque carent supinis, quòd neutra sunt ac

*absoluta. Geminantia sum habent, ut tondeo tonsum, mordeo morsum. Ita uideo uisum, sedeo sessum, gaudeo gauisum, audeo ausum, prandeo pransum. Indulgeo indultum, neo netum, fleo fletum. Composita à leo ac plco etum habent, ut impletum, deletum. Ita oleo olcui oletum cum compositis, præter adoleo quod adultum habet. Torqueo tortum. In ueo tamen quædam tum habent, ut moueo motum, foueo fotum, caueo cautum, faueo fautum. Ita ferme quæ si habent in præterito, in supino habent sum, ut rideo risum, fulgeo fulsum, tergeo tersum, maneo mansum, hæreo hæsum, mulceo mulsum. Quæ xi, habent etum, ut augeo auctum, lugeo luctum. Sorbeo tamen habet tum. Censeo item censum, teneo tentum, doceo doctum, misceo mistum uel mixtum, pateo passum, terreo tostum. Tria sanè uerba pateo, patior ac pando, habent idem supinum uoce, passum, autore Prisciano lib. x.*

De tertia coniugatione. CAP. VI.

**V**T in nominibus tertia declinatio latissimè patet, ita in uerbis tertia coniugatio. Ideoq; ad unam aliquam regulam communè uerba eius deduci non possunt, quod in alijs coniugationibus factum est. Prius itaq; dicendum de ijs uerbis, quæ uocalè habent ante o: Deinde de ijs quæ consonantem, atq; id ordine alphabetico obseruato.

De ijs quæ uocalem habent

ante o.

CAP. VII.

Atque ea quidem uerba omnia sunt uel in io, uel in uo, diuisis syllabis. In io uariat. In cio sunt quatuor, duo usitata, facio & iacio, quæ habent in præterito eci, & in supino etum, cum omnibus compositis, facio feci factum, iacio ieci iactum. Duo inusitata, specio ac laicio, quæ in composit



composita habent xi, & etum in supinis, aspicio aspexi  
 aspectum, illicio illexi illectum, quanquam ab clicio etiã  
 elicui inuenimus, ut ab alijs quoq; ui. In supino autem eli  
 citum. Hic obiter notandum <sup>ισθολικὸς</sup>, quod quæ uerba  
 habent a in presenti, illud etiã seruare in supino, etiam  
 si in præterito fuerat in e mutatum, ut facio feci factum,  
 iacio ieci iactum, ago egi actum, frango fregi fractum,  
 fallo fe felli falsum. Et in compositis, quæ uerba mutarunt  
 a in i, ea frequenter seruant e in supino, ut inficio infeci  
 infectum, conijcio conieci coniectum, quanquam id non  
 perpetuò obseruatum. Vnum est uerbum in dio, fodio Dio.  
 fodi fossum. Vnum in gio, fugio fugi fugitum. Gio.  
 In pio qua- Pio.  
 tuor, rapio rapui raptum, sapio sapui sapitum, capio ce-  
 pi captum, cupio capiui cupitum. nam hoc ultimum olim  
 erat quartæ coniugationis.

In rio unum, pario peperi partum. Vnum in tio, qua-  
 tio cum compositis, quæ in utio sunt, in si ac ssum, quatio  
 quasi quassum, concutio concussi concussum, excutio ex-  
 cussi excussum. Et ut a in quatio corripitur, ita u in com-  
 positis. In uo habent ui in præterito, in arguo argui,  
 statuo statui, acuo acui, sternuo sternui, exuo exui, induo  
 indui, imbuo imbui, nuu nui, annuo annui. Ita renuo re-  
 nuui, luo lui, ruo rui, metuo metui, cluo, spuo. atque hæc  
 omnia utum in supino u producta syllaba, præter ruo,  
 quod uel ruitũ habet, unde ruiturus, uel rütum u corre-  
 pta, atq; id etiã diligentius obseruatum in compositis, ut  
 erütum, dirütum, obrütum: quãquam ex his uerbis quæ-  
 dam carent supino, ut metuo, renuo, annuo, cluo, innuo,  
 etiamsi nuu uidetur habere nutũ in supino, quippe à quo  
 nuto frequentatiuum, & nutus nomen. Porro ab his uer-  
 bis tria exciderunt & in præteritis & in supinis, fluo

fluxi fluxum, struo struxi structum, pluo pluui plutum.

De uerbis quæ consonantem habent

ante O.

G A P.

VIII.

Bo.

**I**N bo duo sunt quæ penultimam producant, scribo & nubo. quæ habent in præterito psi, & ptum in supino: nubo nupsi nuptum, scribo scripsi scriptum. Reliqua in bo habent in præterito bi & itum in supino. Quæquàm à cubo composita ui habent. Bibo bibi bibitum, Lambo lambi, inquit Priscianus, Scabo scabi, accumbo accubui accubitum, discumbo discubui discubitum. Lambo & Scabo carent supino, etsi Priscianus dicat lambitum.

Co.

In co duo sunt quæ penultimam producant, dico & duco, quæ habent in præterito xi, & ctum in supino, dico dixi dictum, duco duxi ductum. Vinco uici uictum, ico ici ictum. In sco autem ui habent in præterito, & tum in supino, cresco creui cretum, pasco paui pastum, nosco noui notum. Ita ignosco ignoui ignotum, agnosco agnoui agnitum, & cognosco cognoui cognitum. Conquinisco tamen conquexi habet nullo supino, disco didici, raro supino. Item posco poposci, & compesco compescui, dispesco dispescui. Glisco nec præteritum, nec supinum habet. Parco parsi siue peperci parcitum. Inuenies etiam supinum ignoscitum ab ignosco, unde ignosciturus participium, sicut ignoturus. Item uictum non solum à uinco, sed etiam à uiuo supinum est: à uinco participium uictus, à uiuo nomen uerbalis uictus, & uicturus participium apud Horat. Satyr. vi. lib. i. ad finem.

Do.

In do, quæ natura longam uocalem habent ante do,  
aut

aut diphthongum, habent si in præterito, ut rado rasi, uado uasi, lædo læsi, rodo rosi, plodo plosi, ludo lusi, trudo trusi, claudio clausi, plaudo plausi. Sex inde excipiuntur, cudo cudi, strido stridi, cedo cecidi, cædo cecidi media producta, pedo pepedi, fido fisisum. Item composita à do habent didi, quæ huius sunt coniugationis, reddo reddidi, addo addidi. Prendo prendi habet, findo fidi, scindo scidi, utraque prima correpta, tametsi dissyllaba. Fundo autem fudi, tundo tutudi, cado cecidi, rudo rudi. Reliqua in do, mutant do in di, ut mando mandi, scando scandi, pando pandi. Ita accendo, incendio, defendo, offendo, comprehendo. Diuido tamen diuisi habet, tendo tetendo, pendo pependi. Prædicta uerba in do, habent supina in sum, ut lædo læsum, ludo lusum, pendo pèssum, scando scansum. Composita à do habent itum, creditum, redditum. Abscondo autem absconditum & absconsum. Pando, cedo, scindo, & findo, geminant ss in supino, passum, cessum, fissum, scissum. Tendo habet tensum & tentum, quanquam tensum magis in usu est propter Tenco. Composita tamen eius magis tum habent, ut attentum, contentum, extentum. Edo esum, ac estum. Composita uariant, ambedo ambèssum, comedo comestum, quanquam & comèssum autore Prisciano.

## Go.

Verba simplicia in go, quæ r literam præcedentē habent, præteritum faciunt in si, mergo merfi, spargo sparsi, uergo uersi, tergo terfi. Alia in go habent xi in præterito, ut rego rexi, & ab eo composita, pergo perrexi, surgo surrexi, plango planxi, ringo rinxi, ango anxi, tego texi. figo flix, figo fixi: ita eorum composita, affiigo, confiigo, affigo, configo, ungo unxi, iungo iunxi. Pungo pup

go pupūgi facit, rarius etiam punxi: pango pegi & pe-  
 pīgi: inde impingo impēgi, tango tetīgi, lego legi, ago  
 egi, frango fregi. Tria à lego composita à suo primitiuo  
 exciderunt, negligo neglexi, intelligo intellexi, diligo di-  
 lexi. Huc referuntur uerba in guo, quæ habēt xi in præ-  
 terito, ut distingo, extinguo, restingo. Quæ in præte-  
 rito habent si, in supinis habent sum, ut mersi mersum,  
 sparsi sparsum. Quæ uerò xi aut gi, in supino habent  
 etum, ut legi lectum, rexi rectum. Excipitur fixi fixum,  
 ad differentiam uerbi fingo finxi fictum. Item frigo frixi  
 frixum, unde participium frixus, a, um. Obiter hic notan-  
 dum quòd in ango & in go quædam uerba n amittunt  
 in supino, ut pango pactum, tango tactum, ringo rictum,  
 stringo strictum.

## Ho.

In ho duo sunt uerba, traho & ueho, quæ habent xi  
 in præterito, & etum in supino, traxi, uexi, tractum,  
 uectum.

## Lo.

In lo habent in præterito uī, ut alo alui, colo colui,  
 uolo uolui, molo molui, consulo consului, oculo accului.  
 At quæ geminum ll habent in præsentī, habēt li in præ-  
 terito, ut psallo psalli, fallo falli, uello uelli, quinetiam  
 uulsi. Et à muta incipientia pleraq; geminant, fallo fefel-  
 li, pello pepuli, tollo tetuli, quo nunc non utimur. Cello  
 quoq; ad eam formam ceculi haberet, quod in compositis  
 manet, percello perculi, excello exculi, uel potius excel-  
 lui, pro tetuli nūc sustuli in usu est, à cello nullum. Et in  
 lui supinant in tum, ut colo cultum, consulo consultum,  
 alo altum. Olim hæc erant in itum, ut molitum. Inde mo-  
 lita cibaria apud Cæsarem lib. 1. de bello Gallico. Ita ali-  
 tum ab

tum ab alo. Vfus postea altum, cultum, & consultum obtinuit. At uerba duplici ll, habent supina in sum, pel lo pulsum, fallo falsum, fallo falsum. Malo, nolo, uolo, & psallo, supina non habent, sicut neq; tollo, sed sublatum usus aliunde, ut præteritum, accersiuit.

## Mo.

In mo uerba habent uî in præterito, & itum in supino, ut gemo genui genuitû: sic tremo, uomo, fremo. Quatuor excipiuntur, quæ sola longam habent uocalem in penult. atque hæc psi habent in præterito, & ptum in supino, demo dempsi demptû, promo prompsi promptum. Sic como ac sumo. Duo præterea excipiuntur à prima regula, premo pressi pressum, emo emi emptum.

## No.

Verba in no habent ui una syllaba in præterito, ut sperno spreui, sino siui, sterno strauui, lino liui uel leui, cer no creui, quanquam in usu non est, at in compositis frequentissimum, decerno decreui, discerno discreui. Gigno genui habet, pono posui, temno tempssi, cano cecini. Composita ab eo uî habent, ut accino accinui. præcino præcinui. Quæ ui una syllaba habent, ea tum habent in supino, ut strauui stratum, spreui spretum, liui litum, siui situm. Et hæc duo penultimam corripunt contra naturam supinorum disyllaborum: atque ita eorum composita. pono habet positum, gigno genitum, contempssi contemptum, cano cantum: composita mutant in e, accentum, concentum.

## Po.

Verba in po faciunt præteritum in psi, & supinum in ptum, ut repo repsi reptum, carpo carpsi carptum. Ita serpo, scalpo ac clepo. Sed crepo, quod etiam primæ est coniug

coniugationis, crepui crepitem facit. Ita strepo strepui strepitum. Rumpo autem rupi ruptum.

Quo.

Liquo liqui lictum, coquo coxi coctum. Nec sunt plura his duobus.

Ro.

In ro habent ui una syllaba, & tum, ut tero triui tritum, sero seui satum, quaro quasiui quasitum. Quatuor excipiuntur, gero gessi gestum, uro usi ustum, curro cursum, et uerro uerri uel uersi uersum. Obiter tamen notandum, quod composita à sero, quando mutant significationem è primitiuo, tunc habent rui in præterito, ac crtũ in supino, ut desero deserui desertũ, dissero disserui dissertũ. At quando idem significant, sequuntur primitiuum in præterito ac supino, ut insero inseui insitum, confero conscui consitum. Assero itaq; cum significat ad aliquid sero, id est, planto, habet asseui asitum. Cum uerò significat defendo uel libero, habet asserui assertum: inde asserter. Ita insero pro impono uel immitto, habet inserui insertum. Quando autem pro planto ramum in aliam arborem, inseui insitum: ita de alijs compositis.

So.

Verba in so pauca sunt, quæ habent siui in præterito, & situm in supino, ut arcesso, lacecco, accerso, incesso. Priscianus his adiicit queso quasiui quasitum. Excipiuntur capesso, uiso, ac facecco, quæ si sum habent, ut capessi capessum. Pinso habet pinsui pistum.

Cto.

Verba in cto habent xi in præterito, ut plecto, necto, pecto, flecto: quanquam necto & pecto etiam habent ui, ut pexui, nexui. Hæc autẽ omnia habent xum in supino.

At sterco

At sterto stertui habet absq; supino, uerto uerti uersum, quod supinum cōmune habet cum uergo ac uerro. Peto petiui pctitum i longa. Meto messui messum, mitto nisi missum. Sisto nec præteritum nec supinum proprium habet, sed cum est trāsitiuum pro facio stare, ut apud Vergil. Siste gradum: à statuo accipit accōmodato, statui statutum. Cum uerò absolutum pro sto, ab eo uerbo mutuatur steti, absque tamen supino. Porrò composita semper absoluta sunt: ideoq; idem significant quod composita à sto. Assisto pro asto, existo extràsto: ut, Existunt montes, quos summum texerat æquor, ait Ouidius.

## Vo.

In uo unica syllaba, sunt quatuor uerba, soluo solui solutum, uoluo uolui uolutum, caluo calui, cuius supinum non est. Et uiuo uixi uictum.

## Xo.

In xo duo sunt, nexo nexui nectum, texo texui textū. faxo defectiuum futuri tantum temporis, ad hunc ordinem non pertinet.

## De Quarta coniugatione. CAP. IX.

**O**Mnia uerba quartæ cōiugationis sunt in io, præter eo & queo cum eorum compositis. Atq; ea omnia ut tertiæ, habent am & ar in futuro, præter eadem eo & queo, quæ bo habent. Et apud comicos scibo inuenies, & operibor per ὄραϊσμός.

## De Præteritis eiusdem. CAP. X.

Verba quartæ coniugationis habent iui in præterito, ut audio audiui, superbio superbiui. Excipiuntur in cio polysyllaba, quæ n habent ante cio, ea enim habent xi in præterito, ut sancio sanxi, uincio uinxi. Quæ uerò n non habent, in præteritiio si habent, ut sarcio sarxi, sarcio sarxi,

*sarsi, raucio rausi, fulcio fulsi. Reliqua sub regula generali manent, ut scio sciui, &c. Et plura alia, ut amicio, crocio, ferocio, gloccio. Item haurio hausi habet, cambio campsi, uel cambiui, uenio ueni cum suis compositis, sepio sepsi, sentio sensi, salio salui, salij per syncopen ac salui. Pario olim quartæ erat coniugationis: Inde composita duo rui habent, aperio aperui, operio operui. Duo ri, ut comperio comperi, reperio reperi. Meditatiua porro, quæ Valla recte uocat desyderatiua, nulla habent præterita, ita aio.*

De Supinis eiusdem.

CAP. XI.

Verba quartæ coniugationis habent itum in supino, i syllaba longa, ut audio auditum, dormio dormitum. Excipiuntur ea quæ xi habent in præterito, ut uinxi uinctum, sanxi sanctum: quæquam & sancitum legitur: fulcio fultum habet, sarcio sartum, sarcio sartum, raucio rausum, sentio sensum, haurio haustum, sepio septum, uenio uentum. Composita à pario habent ertum, ut aperio apertum. Salio saltum, sepelio sepultum, amicio amictum, singultio singultum. Eo & queo i curtum habent in supino, præter ambitum. Inde participium ambitus longa media. at ambitus nomen corripitur.

De uerbis Deponentibus.

CAP. XII.

**D**eponentia sunt, quæ in or desinunt, ut passiuæ, sed ea dempta r litera, latina non sunt, ut luctor, loquor, sequor, nascor, orior. Donatus, Notandum quòd nulla uerba in or proprium habent præteritum, sed ea circumloquimur per præteriti temporis participium, & uerbum substantiuum, at amor amatus sum, legor lectus sum. Ideoq; in passiuis, deponentibus, ac communibus sequimur analogiam supinorum, si fortassis ea non sunt.

In prima



In prima itaque coniugatione omnia in *atum* sunt, ergo ibi facile est *supina*, ac inde participia inuenire. *Lator* *latatus sum*, *criminator* *criminatus sum*, & cetera. In secunda coniugatione pauca sunt, at ea regulariter habent *itum*, ut *uereor* *ueritum*, *mereor* *meritum*, *polliceor* *pollicitum*, *misereor* *miseritum*, & per syncopam *misertum*: duo excipiuntur, *reor* *ratus sum*, *fateor* *fassus sum*. At *medeor* *supinum* non habet. In tertia coniugatione nulla est formula generalis, sed singulatim ea numerantur, *gradior* *gressus sum*, *comminiscor* *commentus sum*, *fruor* *fruitus* *frutus* & *fretus*, quanquam hoc ultimum apud antiquos incertæ originis: *profiscor* *profectus sum*, *labor* *lapsus sum*, *nanciscor* *naetus sum*, *paciscor* *paetus sum*, *adipiscor* *adeptus sum*, *ulciscor* *ultus sum*, *irascor* *iratus sum*, *obliuiscor* *oblitus sum*, *fungor* *functus sum*, *utor* *usus sum*, *queror* *questus sum*, *complector* *complexus sum*: ita amplector: *nitor* *nifus* uel *nixus sum*, *loquor* *locutus sum*, *sequor* *secutus sum*, *nascor* *natus sum*, *expergiscor* *experrectus sum*, *patior* *passus sum*. At *liquor*, *uescor*, ac *reminiscor* carent præteritis. *Fessus* uidetur participium absq; origine uerbi, quanquam *Perottus* à *fero* deducat. Porrò duarum coniugationum inueniuntur, ut secundæ ac tertiæ, *tueor* ac *tuor*, quanquam posterius non integrum, quippe cuius infinitiuus non est in usu propter tui pronomen. Horum alterum *tuitus*, alterum *tutus* habet, temporibus ac significationibus non planè discriminatis. Ita *orior*, *morior*, ac *potior*, quãdoque inueniuntur in tertia coniugatione, quandoque in quarta, quanquam nunc *orior* ac *morior* in tertia duntaxat utimur, præter infinitiuum oriri. *Potior* autem in quarta, etsi poëta potitur media cor. protulerint. Et *orior* *ortus sum* habet,

morior mortuus sum, potior uero potitus sum. Oriturus autem participium ab oritum deriuari uidetur. In quarta coniugatione, regulariter est itum, id est, syllaba longa, ut blandior blanditum, mentior mentitum. Excipitur ordior, quod habet orsus sum, & metior mensus sum, assentior assensum, opperior oppertum, experior expertum. Exosus autem & perosus participia uidentur absque origine uerbi.

## De uerbis Defectiuis ac Anomalis.

C A P.

XIII.

**D**efectiua uerba sunt, quae carent aliquot temporibus, quae habere debebant, ut odi, aio, inquo, sisto, memini, Anomala uero sunt, quae tempora irregulariter formant, ut uolo uis uult, fero fers fert. Nam ea ad regulam dicerentur, uolo is it, & fero feris it, ut colo is it, ac gero geris. Regularis coniugatio in epitome Donati eleganter proposita est, ac trium anomalorum, ut de ijs non sit operæpretium multa dicere. Præteritorum etiam cognitio ex dictis claret. Nunc uero de quibusdam defectiuis dicendum. Quatuor imperatiui tertiæ coniugationis in secunda persona præsentis temporis e amiserunt, dic, duc, fac, & fer, quanquam in compositis à facio, quae mutant a in c, non item fit, ut effice, confice, perfice. Verba in sco carent præteritis ac supinis, quemadmodum etiam apud Græcos. Sed pro eis utimur primitiuorum præteritis, quae ipsa in præsentis in usu non sunt frequenti, ut senesco senui à seneo, & calesco calui à calco. Et in urio eodem modo carent præteritis ac supinis, præter esurio ac parturio. Porro quae singulatim uerba careant præteritis ac supinis, plura cum de coniugationum præteritis loqueremur, enumerata sunt. Adduntur etiam hæc,

Aio,

Aio, sisto, fero, tollo, ferio, furo, cerno, glisco, meo ac siedo. Supinis uerò ferè carent neutra secundæ: quibus annumerantur, annuo, ambigo, cluo, caluo, congruo, dego, ingruo, innuo, mico, metuo, pedo, psallo, renuo, satago, strido, sterto, rudo, timeo, tremo, urgeo. Disco, autem, posco, & compesco, itum habere debebant, ac rarò inueniuntur: qualia etiam sunt respuo, scalpo, luo, scabo, glisco & conquinisco.

Quatuor uerba, odi, noui, memini ac cœpi, habent sola præterita cum suis quinq; ram, ssem, rim, ro, sse, temporibus. Significationem autem habent præsentis ac præteriti, ut noui significat & nosco ac noui, memini in memoria habui ac habeo, cœpi incipio ac incœpi. Dor ac for raro in passiuo inuenies, at in compositis sæpe, addor, affor. Forem es, & pluraliter forent, in præsentis ac præterito perfecto optatiui pro essem es & essent. Sed fore addit futurum ad esse, ait diuus Valla. Inquio uerbum tertiæ coniugationis, quod præter indicatiuum ac imperatiuum deficit, quanquam sunt qui ei futurum optatiui tribuant inquam as at. Cæterum tria hæc una duntaxat persona inueniuntur, inquam, inquit, & cedo pro dic. Et ausim is it, pluraliter ausint, pro audeam as at, ant, legitur. Porrò uale ut est recedentis, pluraliter ualete, & in futuro ualeto, pluraliter ualetote habet. Ad quam formam est Salue ac aue. Aio ais ait, pluraliter aiunt: & tot personis in præterito imperfecto, aiebam bas bat: aias pro dicas Gellius protulit. Faxo is it, & faxint, pro faciam facias at, faciant, & faxim. Sodes, id est, si audes. Et apage pro abi uel remoue. In plurali apagete. Apagesis pro apage si uis, & uidesis pro uide si uis, cauesis, id est, caue si uis. Hactenus de defectiuis.

De anomalis.

Anomala, Sum, uolo, & fero, tria, etiam à Donato inclinata. Proxime accedit Edo prima correpta, pro comedo, quo frequentius utimur: nam in singulari edo, es, est, inclinatur: frequenter cum accusatiuo, ut Verg. Est mollis flamma medullas. In imperatiuo este & esto. Item in plurali, estote. In infinitiui, esse. In impersonali, estur. In optatiui. inuenimus etiam, essem esses esset, pro ede-rem ederes ederet. Sicut in compositis hæc quoque anomala sunt.

Fio anomalum & defectiuum. Fio fis fit, Pluraliter fiunt. In imperatiuo, fias at. In Optatiuo utinam fierem. In Infinitiui, fieri. Quæso in plurali quæsumus habet pro quæsimus, totum alioqui defectiuum. Mæreo cum diphthongo & neutropassiuum, mæstus sum habet in præterito. Mereo uereò absq; diphthongo & neutrum est ut ualeo, & deponens ut uereor. Itaq; neq; proprie anomalum est, neque defectiuum. Inter anomala quidam numerat, syncopata exiui in i, ut petij pro petiui. Quidam neutropassiuua, quòd in præsentii ut neutra, in præterito ut passiuua inclinètur. Item impersonalia utriusque uocis superfluè, meo quidem iudicio.

De Formis uerborum.

CAP. XIII.

Formæ uerborum (quas Priscianus & alij Species uocant) sunt quatuor, autore Donato: Perfecta, ut lego: Meditatiua, ut lecturio: Frequentatiua, ut lectito: Inchoatiua, ut feruesco, calcisco. Perfecta à nulla deriuatur, at aliæ ab ipsa. Meditatiua Laurentius desyderatiua uocat: significat enim desyderium, ut cœnaturio, cupio cœnare, cacaturio cupio cacare, esurio cupio edere. Inchoatiua ille meditatiua uocat. Frequentatiua formantur à posteriore supino, ut à curro cursu curso, à moueo moto, ab adiuuo

adiuvo adiuto, à uerto uerso, à dormio dormito. Atque ea quidem omnia primitiuorum quantitates seruant, præter nato & noto, illud à no as are, hoc à nosco. Vergil. Parta meæ Veneri sunt munera: nanque notaui. Idem: Rura natant fossis. Inde annato, innato penultima correpta. At frequentatiua à prima coniugatione facta mutant a supini in i breue, ut rogitō, imperitō, uolitō. Sæpe autem frequentatiuū à frequentatiuo deriuatur, ut ab ago actō, inde actitō, lego lectō lectitō, iacio iactō iactitō, facio factō factitō, uideo uisō uisitō, curro curso cursitō. Et in deponentibus quoque frequentatiua sunt, à minor minitor, à, comminiscor commentor, à tueor tutor. Videlicet in his mutatur supini u in or. Inchoatiua, quæ Valla meditatiua uel exercitatiua uocat, formantur à secunda persona primitiuorum addendo co, ut labo labas labasco, sordco sordes sordesco, præsentio præsentis præsentisco. Excipitur hisco: nam secundum regulam esset hiasco.

Valla ait significare idem quod uerba eorum cum fio composita. Caleasco, id est, calefio, frigesco frigefio, repuerasco, id est, iterum puer fio. Hæc uerba omnia sunt absoluta, exceptis quatuor, edormisco, pertimesco, præsentisco & concupisco, quæ regunt accusatiuum: quippe pro suis primitiuis ponuntur. Terentius: Atque edormiscam hoc uilli. Meditatiua formantur à posteriori supino uerbi perfecti, correpta u, ac adiecta rio, ut partu parturio, lectu lecturio, cacatu cacaturio. In scalpurio abiectum est t. Scaturio à scatco, quod supino caret. Hæc uerba desiderium significant, ut iam diximus: dormiturio, cupio dormire: cœnaturio, cupio cœnare.

## HENRICI GLAR

REANI POETAE LAV-  
REATI,DE REGVLIS GRAMMATI-  
CALIBVS EPITOME.HENR. GLAR. LECTO-  
RI S. D.

**R**E ipsa experior uerum esse quod Co-  
micus ait:

Nunquam ita quisquam bene subducta  
ratione ad uitam fuit,

Quin res, atq; usus semper aliquid ad-  
portet noui,

Aliquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias:  
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Quod multis nunc usu uenisse puto, qui per regulas  
multas (elegantias uocant) iuuentutem ad Syntaxim il-  
lam Latinæ orationis ducere conati, sæpe & operam, &  
impensam perdidêre: cum teneris ingenijs nulla res æquæ  
officiat atq; confusa multitudo, etiamsi illa sit ex optimis  
conflata rebus. Ita quas olim tanquam uulgatas neglexi-  
mus, rursus docere necessum habemus, triuiales aîo regu-  
las: Sine quibus certe pueri uix unquam intelligent uel  
Diui Vallæ, uel aliorum doctorum uirorum de elegantijs  
præceptiones. Quæ si nulla alia re iuuant, certe ipsa bre-  
uitate usui esse possunt. Ideoq; à nobis etiam cautum, ut  
& pauca essent, & breues. Deniq; quæ ad quamuis ora-  
tionem aptari queant. Quo pacto enim intelliget puer  
Euocationem, Syllepsin, & id genus alias figuras, si ne-  
sciat

sciat quomodo nominatiuus cū uerbo personali construat-  
 tur? Mille dari poterāt exempla, sed cum nemine certare  
 nunc placet. Utatur quo quisque uelit modo, hic mihi pla-  
 cet, aliorum tamen non improbo institutionem. Rudibus  
 consulere in animo est: si male consulo, in causa est, quòd  
 rudium sum antesignanus. Et in hac quoque præfatione  
 uix effugio culpam, qui maiorem propè ipsis præfixi re-  
 gulis. Sed iam desino. Vale felix.

### VERBORVM DIVISIO.

Verborū aliud est	Personale quod diui- sim suis per- sonis infle- ctitur. Hu- ius aliud est	Substantiuum, & sunt duo, Sum & fio.
		Vocatiuum, & sunt quinque, Nuncupor, appellor, no- minor, uocor, & dicor.
Impersona- le, quod dūn taxat tertijs personis in- flectitur. Hu- ius aliud est	Transitiuum, quod regit ac- cusatiuum, ut amo Dcum.	
	Absolutum siue neutrum, quod nullum regit casum, ut sto, curro, pendeo.	
	Actiue uocis, quod desinit in t, ut Licet, docet, oportet.	
	Passiue uocis, quod desinit in tur, ut Itur, curritur, pulsatur.	

## P R I M A.

**A**diectiuum & substantiuum cōueniunt genere, numero & casu, ut pulcher uir, pulchra puella, pulchrum animal.

## S E C V N D A.

Duo substantiua nomina, diuersas res significantia, ita coniunguntur, ut alterum sit genitiui casus, ut Ciceronis uolumina, Christi charitas.

## T E R T I A.

Duo substantiua nomina, eandem rem significantia, coniunguntur in eodē casu, ut Cicero orator, Maria uirgo, Christus seruator. Grammatici uocant appositionem.

## Q V A R T A.

Interrogatio & responsio eodem fiunt casu, ut *Quis currit?* Respondetur: *Petrus. Cui dedisti?* Paulo.

## Q V I N T A.

Relatiuum & quod ipsum præcedit, conueniunt genere, numero & quandoq; casu, ut *Deus, qui iustus est, non dormitabit. Paulus, quem semper dilexi, mortuus est.*

## S E X T A.

Comparatiuum regit ablatiuum utriusque numeri sine præpositione, ut *doctior illo, uel doctior illis.*

## S E P T I M A.

Superlatiuum genitiuo tantum plurali, uel collectiuo singulari construitur, ut *doctissimus poëtarum fuit Vergilius, uel optimus plebis.*

## O C T A U A.

Multa adiectiua regunt ablatiuum, ut *dignus laude, præditus uirtute.*

## R E G V L A E D E V E R B I S.

## P R I M A.

**V**erbum personale exigit ante se nominatiuum eiusdem numeri & personæ, ut *Socrates legit.*

## S E C V N D



## SECUNDA.

In uerbis primæ & secundæ personæ certus intelligitur nominatiuus, ut *lego, legis, legimus, legitis.*

## TERTIA.

Verba substantiua, uocatiua, & quæ eorū uim habēt, regunt ante & post se nominatiuos, ut *Deus est iustus, Ego uocor Paulus, Didici hoc puer, Ignarus hoc feci.*

## QUARTA.

Verba transitiuua regūt accusatiuū, ut *amo Deū, lego librū. Aliquando etiā duos, ut doceo Paulū Grāmaticam.*

## QUINTA.

Omnia uerba regere possunt datiuū, ut *Do Paulo. At iuuo regit accusatiuum, ut iuua me.*

## SEXTA.

Duo uerba ita coniunguntur, ut alterum sit infinitiui modi, ut *uolo scribere, nolo scribere, iubeo legere.*

## SEPTIMA.

Verba passiuua cum suis participijs regunt ablatiuum cum præpositione, ut *percutior à Petro, percussus à Paulo, percutiendus à Cicerone.*

## OCTAUA.

Multa uerba regunt ablatiuum instrumenti absque præpositione, ut *uincit sapientia, petiuit me saxo.*

## APPENDICES PRIMA.

Geminatum singulare, æquiualeat uni plurali, ut *Petrus & Paulus docent.*

## SECUNDA.

Aliquoties tota oratio uice nominatiui ponitur. *Horatius: Virtus est uitium fugere. Aliquoties solus infinitiuus: Terent. Mentiri non est meum.*

## TERTIA.

Nomina collectiua singularis numeri possunt habere & uerbū, & adiectiuum pluralis numeri: ut, *Pars in frustra secant. Liuius: Magna pars in agrum delati. Idem: Pars non exciti.*

## QUARTA.

h s Imperf

Impersonalia ante se non regunt casum : ut uiuitur, statur, poenitet, piget, licet. Q V I N T A.

Est pro pertinet habet genitiuum: ut, Non est sapientis dicere, Non putaram. Prudētis est alijs consulere. Non est mearum uirium. S E X T A.

Multa uerba habent uim uerborum substantiuorum, ac uocatiuorum. Actiua, ut, dixi hoc imprudens, feci coactus, audiui hoc puer. Passiua, ut nummus uidetur adulterinus, Paulus habetur eximius. Neutra, ut Vale felix, uiuite felices. Deponentia, ut homo nascitur nudus, morior diues & felix. Communia, ut osculabar olim iuuenis, criminor innocens.

### REGVLAE DE ALIIS PARTIBVS ORATIONIS.

#### P R I M A.

**A**duerbia construuntur cum uerbis ut adiectiua cum substantiuis, bene scribit, doctè disputat.

#### S E C V N D A.

Præpositiones cum suis casibus construuntur, quemadmodum docuit Donatus.

#### T E R T I A.

Quoties præpositiones casibus carent, fiunt aduerbia, ut clàm abiit, palàm peccauit. Q V A R T A.

Coniunctio coniungit cæteras orationis partes.

#### Q V I N T A.

Participia eosdè ferè regunt casus, quos uerba à quibus descendunt, ut legens librum, aditurus urbem, percussus à Paulo, percutiendus à Deo. S E X T A.

Post tam, tantū, talis, adeò, sic, ita, & uerba præcipiendi sequitur ut, non quod: ut, Paulus adeò doctus est, ut satis mirari nequeam. Deus iussit ut ei scriuamus.

#### Q V I N

## QUINQUE FIGURAE.

## APPOSITIO.

**A**ppositio est continua coniunctio duorum substantiuorum, quorum unum declarat alterum: ut, Poëta Vergilius, Cicero Orator, Maria uirgo, Vrbs Athenæ.

## EVOCATIO.

Euocatio est cōtinua reductio tertiæ personæ ad primam uel secundam: ut, Ego pauper ludo, Tu iuuenis ociaris, ipse audiui, ipse audisti, Primus hoc uidi, Tu secundus hoc sciisti.

## CONCEPTIO.

Conceptio Græcè *σύνθεσις* dicitur, quoties supposita uel nominatiui uariant cum uerbo. Est autem hæc quadruplex. Personarum, quando nominatiui sunt diuersarum personarum: ut, Ego & tu sentimus, Ego & Paulus audiui, Tu & frater audistis.

Generum, quando nominatiui sunt diuersorum generum: ut, Sol & Luna sunt obtenebrati.

Numerorum, quando nominatiui sunt diuersorū numerorum: ut, Achilles & Græci pugnant.

Casuum, quando supposita sunt diuersorum casuum, ut in hoc Ouidij:

Ilia cum Lauso de Numitore sati.

## PROLEPSIS.

Prolepsis est, quoties totum per partes explicatur, ut Puellæ legunt flores, hæc rosas, illa lilia.

## ZEUGMA.

Zeugma est, quando uerbum uel adiectiuum duobus substantiuis adiungitur. Est autem triplex:

A' superiori. Cice. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

A' med

*À medio. Vergil. - Caper tibi saluus & hædi.*

*Ab inferiore. Idem: - Nihil hic nisi carmina defunt.*

## REGVLAE ELEGANTIA-

RVM.

PRIMA.

**R**elatiuum positum inter nomina diuersorum generum frequenter apud Oratores cum sequente conformatur. Cice. Studium, quæ philosophia dicitur. Sallustius: Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Meminit huius regulæ Seru. lib. 1. Aencid. ad illud Vergilij: Est in secessu longo locus.

SECUNDA.

Verbum substantiuum positum inter nominatiuos diuersorum numerorum, potest conuenire in numero cum utrouis nominatiuo, sed frequētius cū præcedente. Varro. apud Gell. Induciæ sunt pax castrensis paucorum dierum. Gellius: Nam neque pax est induciæ. At si uterque nominatiuus præcedit uerbum, autores libentius cum proximo nominatiuo conformarunt. Ouid. Vestes quas geritis, sordida lana fuit. Idem: Omnia pontus erat. Terent. Amantium iræ, reintegratio amoris est.

TERTIA.

Græci antecedens in casu, in quo est Relatiuū, sæpius quàm in eo quem requirit uerbum, ponunt, Quod etiam Latini sunt imitati autores. Teren. Populo ut placerent, quas fecisset fabulas. Idem: Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit? Ouid. - Cecidere manu quas legerat herbas.

QUARTA.

SERUIUS.

Quando copulantur substantiua nomina diuersi generis, habent adiectiuum neutri generis. Sallu. in Catilina: Huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia ciuilia grata fuere. Idem: His genus, ætas, eloquentia prope æqualia fuere.

QVIN

QVINTA.

Valla.

Prius supinum conſtruitur cum uerbo ſignificãte motum ad locum: ut, Eo cubitum, id eſt, ut cubẽ. Vado dormitum, id eſt, ut dormiam.

SEXTA.

Valla.

Posterius ſupinum conſtruitur cum nominibus adiectiuis : ut, Pulchrum uiſu, id eſt, ut uideatur. Iucundum auditu, id eſt, ut audiatur.

SEPTIMA.

Valla.

Gerundium ante ſe nunquam regit caſum, ſed poſt ſe: ut, Potestas eligendi regem.

DE CONSTRUCTIONE

BREVISSIMA PRAE-

CEPTIO.



ONSTRUCTIONE, autore Prisciano, eſt congrua dictionum ordinatio, congruam perfectamq; demonstrans ſententiam. Hæc duplex eſt: Altera quam auctores ſequuntur. Phraſis uidelicet linguæ cuiuſq; : atq; hæc imitatione magis, quàm regulis diſcitur: Altera Grãmatica & familiarior, quæ arte quadam naturalem dictionum ordinem per regulas tradit. Et hanc quidam ordinem uocant. Hoc modo.

PRIMO.

Vocatiuus, ſi in oratione fuerit, primo loco ponitur.

SECUNDO.

Poſt Vocatiuum ſequitur Nominatiuus.

TERTIO.

Deinde poſt Nominatiuum Verbum personale, quod primo ſtatuendum eſt, ſi cætera deſuerint.

QUARTO.

Sæpe poſt uerbũ ſequitur uel datiuus, uel accuſatiuus.

QUINTO.

## QVINTO.

Et uerbum sequitur suum aduerbium.

## SEXTO.

Præpositiones cum suis casibus construuntur, ut docuit Donatus.

## SEPTIMO.

Infinitiuus construitur, uel cum uerbis uoluntarijs, uolo, possum, iubeo, audio, nitor, tento, & similibus: uel cum adiectiuis ad modum locutionis Græcæ, ut timidus, potens, peritus.

## OCTAVO.

Participiū eandem habet constructionē, quam uerbū.

## NONO.

Ablatiui sæpe carent rectore. Prudentius: Mersosole, chaos ingruit horridum.

## CAUTIONES ALIQVOT.

## PRIMA.

Genitiuus cum suo nominatiuo cōstruitur, & quæuis recta dictio cum regente.

## SECUNDA.

Post uerba substantiua, uocatiua, ac similem uim habentia locantur nominatiui.

## TERTIA.

Dictiones interrogatiuæ & relatiuæ in ordine præponuntur, ut Quis, qualis, quantus, cuius, cuius, quotus & quot.

## QUARTA.

Verbum substantiuum Sum, sæpius in oratione desideratur.

## QVINTA.

Adiectiuum ut iure præcedit substantiuum, ita in ordine nihil habet à substantiuo differentie.

## SEXTA.

Reciproca in cōstructione notanda sunt, ut trahit sua quenque uoluptas. Quanquàm in hoc uix erit effugium: Solemq; suum sua sydera norunt.

Quòd si quis memoriæ gratia carmina desiderarit,  
elegant

elegantiora, magisq; Latina non inuenit, quàm sunt quæ inter Alexandri cuiusdam ineptos de grammatica uersiculos leguntur, haud dubie ex uetusto aliquo grammatico subiecta ut fuit mos eius seculi, suppresso autoris nomine, aliena pro suis, ad Aesopica corniculæ morem, uenditare.

Construe sic: casum, si sit, præpone uocantem.

Mox rectum pones: hinc personale locabis

Verbum, quod primum statues, si cætera desint.

Tertius hinc casus, & quartus sæpe sequuntur.

Et uerbo subdes aduerbia, subde secundum

Casum rectori: debet uox præpositiua

Quarto præiungi uel sexto, quem regit ipsa.

Iungere consimiles sibi uult coniunctio casus.

Τέλος.

GLAREANVS LECTORI S. D.

**Q**ui hanc de syllabis tractationē ad poëticen duntaxat referunt, nihilq; ad Grammaticen attinere existimant, toto, ut dicitur, cælo errant, homines nullius uel iudicij uel eruditionis. Sed huius rei ignorantia, quoties tam belli literarū iudices in publicū prodeunt, probe suum secum adfert dedecus. Dij boni quot una paruula sapius oratione barbarissimos cōmittunt: quàm uerè, imò quàm optimo iure à pueris etiã ridentur cum se tam ineptos ostendunt. Ipse mecum sæpe mirari soleo, qua fronte Pueros docendos suscipiant, qui syllabarum rationem ignorant, cum nomina quædã inflectere ac pleraq; uerba non possint, si huius negotij sint imperiti. Quod qui experiri uelit, tentet in uno altero uel uerbo, maxime cōposito, quale fuerit uerbū uenio ac inuenio. Hic præsens, præterit

præteritum & imperatiuū quàm longè aliud atq; aliud significant. Venit summa dies. Et, Aeoliam uēnit. Item, Inuēni germana uiam. Et, Cherea aliquid inuēni. Modo quod amcs. Sed nolo in re manifesta longior esse. Hoc certe libello cauimus, ne nimia prolixitate iuuentutē ab optimo instituto deterreremus. Specialium quidem syllabarum infinitū est pelagus, præceptio autē artis breuis esse potest: quod nos pro uirili præstitisse confidimus. Porro post hāc iam adultioribus aditus ad maiora datus est, nos pueris, ut in hoc toto negotio, consultū uolebamus. Vale.

HENRICI GLA-  
REANI, POETAE LAV-  
REATI,  
DE  
SYLLABARVM RATIONE  
BREVIS ISA-  
GOGÆ.

De Syllaba, & eius accidentibus.

CAPVT I.



VM Grāmaticæ partes sint quatuor, litera, syllaba, dictio, & oratio, de sola nunc syllaba loquemur. De qua & Priscianus ab initio secundi libri latè pertractat. Est autem syllaba literarū comprehensio, uno spiritu prolata. Cui accidunt quinque, tēnor, spiritus, tempus, passio, & numerus. Tenores tres, acutus, grauis, & circumflexus. Spiritus duo, asper, & lenis. Tempora duo, longum, & breue. Passiones tres, auersio, subunio, & distinctio. Numeri sex:  
nam nul



nam nulla syllaba ultra sex habet literas, teste Prisciano. Omnis autem syllaba uel est prima, uel media, uel ultima. Prima syllaba dicitur, quæ ponitur ab initio dictionis plurimum syllabarum. Quod ultimum adieciimus propter monosyllaba, quæ in ultimis syllabis numerantur. Media syllaba dicitur omnis, quæ neque prima est, neque ultima dictionis. Ultima syllaba dicitur, quæ terminat dictionem. De his omnibus sit exemplum Sardanapalus, hic syllaba sar prima, lus ultima est, reliquæ omnes mediæ. Porro tria in quouis carmine dignoscere necesse est: Primò syllabæ quantitatem: Secundò pedum rationem, id est, ex quibus syllabis pes quiuis constituatur: Tertiò quot pedes carmen quoduis locis quibuslibet accipiat. Primò itaque de syllabis, quot modis noscantur, dicemus. Deinde & de pedibus, & de carminum generibus suo ordine prosequemur.

### De Syllabis regulæ generales.

#### CAPVT

#### II.

**S**yllabarum quantitas generali præceptione, octo modis dignoscitur, positione, uocali ante alteram uocalem, diphthongo, deriuatione, compositione, præpositione, regula, & exemplo.

#### De Positione.

**P**ositio est, quando duæ consonantes sequuntur uocalem, ut pannus, doctus, luscus, sagitta, sophista, iners, petulans. Aut quando una quidem, sed tamen duplex consonans sequitur uocalem, Quales sunt x, z, & i positum inter duas uocales, ut axis, gaza, maior, Troia, peior, syntaxis, Amazones, Pompeius, rex, atrox, supellex. Est etiam in diuersis dictionibus positio, cum prior in consonantem finitur, & altera à consonante incipit:

i ut,

ut, Syluestrem tenui musam mēditaris aucna, ubi tertiā syllaba est longa positione: nam post uocalem e sequuntur m & t. Sed si prior dictio in uocalem breuem excat, & sequens à duabus consonantibus incipiat, non erit ob id statim positio, uel uocalis breuis longa, ut in hoc Horatii: Linqumus insani ridentes præmia scribæ. Vergil. lib. i. Georg. - Et caua flumina crescūt. Quamuis poëta Latini nonnunquam Græca imitatione sic positionem fecerint, quemadmodum Vergil. Aegloga 4. Terrasq; tráctusq; maris, cælumq; profundum. Notandū iccirco omnē ferè positionē posse longari, quoties placuerit: Sed non ita corripī, quoties uoluerimus, nisi & præcedens uocalis sit natura correpta, & sequatur muta cum liquida. Vtra harum conditionum defuerit, nunquam poterit positio corripī. Genitiuus nanque patris, à breui nominatiuo pāter, corripit primam. Sed mātris & frātris genitiui nunime; quia māter, & frāter primam longant. Eodem modo tenebræ, lugūbris, podāgra, pharētra mediam corripunt natura. Salūbris autem, arātrum & lauācrum mediam longant, nunquam corripunt, quandoquidem à longis sunt. Quòd si tenebræ mediam longatam inuenies, ob positionem factum putato, quæ perpetuò longari potest, breuiari nō item. Forsitan autem in his tutissimum erit, à bonis autoribus non declinare. Nam ut genitrix mediam produxeris, uitium non effugies, quippe quam nemo unquam produxerit, etiam si sit positio.

De Vocali ante uocalem,

C A P. I I I.

**V**ocalis ante alteram uocalem in Latinis dictionibus semper corripitur: ut, Decus, Maria, Lucia, Marius, Lucius. Excipitur fio, quoties non sequitur r post e, nam tum

*cum i corripitur, sicut fierem: & genitiui nominum & pronominum in ius, qui serè ancipites sunt.*

De Diphthongo.

CAP. IIII.

**O**Mnis diphthongus longa est, ut laus, Eurus, Acneas, coelum: nisi sequatur uocalis in eadem dictione, ut præhendo, præeuro. Vergil. lib. 7.

*Stipitibus duris agitur, sudibus ue præustis.*

De Deriuatione.

CAP. V.

**T**anta est syllaba deriuatiui, quanta est primitiui, quemadmodum enim amo primam corripit, ita & omnia ab eo tempora, omnia uerbalia, omnia quoq; participia. Exceptiones uerò, pauca sunt. Sanè nonnunquam, uel non est aperta deriuatio, ut remigium à remeo, cum potius à remo: uel est literarum ordo cōfusus, ut à iuuenis iunior: uel licentia, aut scriptorum usus aliter uoluit, quæ apud alios studiosus facile inuenire poterit.

De Compositione.

CAP. VI.

**C**ompositio accentu syllabarum quantitatem demonstrat: ut si nescias quanta sit prima de potens, cognosces ex accentu dictionis impotens. Item pius, probus, ex accentu dictionum impius, improbus. Currendum igitur est ex compositis ad simplicia, & contrà, quemadmodum ex deriuato ad primitiuum. Vt si in dictione fortunatus, quanta sit syllaba tu, ignoras, inspicere primitiuum fortuna. Ita in dictione naturalis, dictionem natura. Non secus uerba ex compositis noscuntur, ut lego, perlègo. ludo, illūdo. Composita itaque plerunque simplicium naturam sequuntur.

De præpositione.

CAP. VII.

**P**ræpositio tanta est in cōpositione, quanta est extra compositionem. Sunt autem hæ serè longæ præpositi-

tiones, de, præ, è, à, se, di, dis, & pro: ut demitto, præmitto, emitto, amitto, seligo, diduco, distraho, promitto. Re autem in cõpositione corripitur, ut reduco. Reliquæ præpositiones subiacent regulis generalibus & specialibus, ut ab, abs, ex. Inde in uerbis compositis cum præpositione, eundum est ad primitiuum, quatenus numerum syllabarum supputas, ut relêgo, le prima syllaba.

## De Regula.

CAP. VIII.

**P**rima regula. Omne præteritum dissyllabum primam producit, cum omnibus quæ ab ipso formantur temporibus, ut lēgi, lēgeram, lēgissēm, lēgerim, lēgero, lēgisse. Excipiuntur sex præterita cum suis compositis: Fīdi, à findo, scīdi à scindo, bībi à bibo, dēdi à do, sētī à sto, tūli à fero.

SECUNDA REGULA.

Omne præteritum principium geminans, primam corripit, ut mómordi, cúcurri, pēpuli.

TERTIA REGULA.

Omnia alia præterita quantitatē præsentis obseruant, sicut & alia omnia tempora. Nam sicut in amo prima correpta est, ita in amauī, nisi literatura nõ obseruetur, ut in his quatuor, genui, posui, potui & coēgi, quæ primam breuiant, quamuis à longis ueniant. Et in his quidem respiciendum est ad præcedentes regulas. nam rui, lui, spui, nui & similia, esto sint dissyllaba, tamen quia uocalem ante alteram uocalem habent, corripuntur.

QUARTA REGULA.

Supinum dissyllabum primam producit, cum omnibus participijs ab eo deriuatis, cum omnibus uerbalibus, cum omnibus uerbis frequentatiuis, ut uisum à uideo, participia uisus a um, & uisurus à um, & uiso is ere, uisito as are, uisito onis, uisus nomen. Excipiuntur hæc supina cum  
suis

suis cōpositis, itum ab eo is ire, inde reditum penul. correp. quitum à queo, inde nequitum penult. corr. citum à cieo, inde concium penul. cor. situm à sino, inde desitum pen. cor. litum à lino, inde illitum penul. cor. datum à do, inde redditum pen. cor. statum à sto, inde insitum pen. cor. satum à sēro, inde insitum pen. corr, ruitum à ruo, inde obruitum penult. correp. Nōtum à nosco primam longam habet, sed in cōpositione mutat o in i breue, ut agnitum, cognitum. In his omnibus necesse est esse usum coniugationum, & respectum ad deductionem temporum.

De Exemplo.

CAP. IX.

Sicut illustres poëtæ, citra licentiam usi sunt syllabis, sic licet modo nobis quoque uti, quæ est omnium certissima cautio.

De Regulis specialibus.

CAP. X.

DE regulis specialibus, quas appellant, solent dari tria carmina, quæ negotium tenellæ ætati satis aperiant. Eritq; haud dubie consultius pueros sic edoceri, quàm in tam uastum pelagus ignaræ iuuentutem temere deducere, quo modo nostra ætate nullum syllabis finē ponunt, nullo antiquorum, quod imitentur, grammaticorum exemplo edocti, male grammatici. Quanquàm nō negauerim utile esse omnes syllabas, si fieri queat, notas esse, præsertim adultis, sed nos hæc pro pueris scripsimus. Primum igitur carmen ostendit omnes uocales in primis syllabis, qua ratione constant. Secundum, uocales in medijs. Tertium, omnes omnium dictionum terminationes.

De primis syllabis.

a e i o u

Mansla, delensteue, flinsdiuirim, bodogosmo, cundrunsgumst.

i 3

De medijs

De medijs.

a e i o u

Gau,bedecelmentu,qui,noſt,dugrumunticus adde.

De ultimis.

A u i n c,as es os,ſinales dant tibi longas.

Et ut rudes quoque hæc intelligant, conſiderandum uocales perpetuo reſpicere conſonantes ſequentes, non præcedentes. Hoc igitur docent carmina, uocalem præcedentem hæc, quæ in his dictionibus ponuntur, conſonantes, ante eas produci: ante reliquas uerò, quæ in ijs poſitæ non ſunt, corripitur. Exempli cauſa: In primis ſyllabis, a ante b corripitur, ſicut labellũ. a ante c corripitur, ut acerbus, acies. a ante d corripitur, ut uadum, quadros a ante f corripitur, ut uaffer: a ante g corripitur, ut magus, ago. Sed a ante l producitur, ut ales: atq; ita deinceps de omnibus uocalibus primarum ſyllabarum. Et de medijs ſyllabis eodem modo. In his enim a ante b, c, d, & f, uel ph, corripitur, ut arabes, alacer, lampadis, & colaphus. a ante g producitur, ut imãgo, uirãgo, & c. De ultimis uerò ſyllabis non eſt relatio uocalium ad conſonantes, ſed dicimus in a finita produci, ut fruſtrã, amã, extrã. in b finita corripitur, ut ab. in c produci, ut lac, halec. in d corripitur, ut apud. in e corripitur, ut ouile, caprile, ac deinceps in reliquis pari modo.

Notandum tamen, Grammaticos regulas hæc, fateor, magis curioſe quàm doctè inuertere, ut qui dixerit a ante l produci in primis ſyllabis, continuoq; multas exceptiones poſuerit, alter illas ſub regula generali comprehendens, edicit regulam, a ante l corripitur, & quas prior ſub regula generali cõprehendit dictiones, ipſe à ſua regula excipit. At hæc hæctenus de ſyllabis, quas ſtudioſum  
huius

*huius negocij primo considerare oportet. Nunc de pedibus, quam potero, breuissime aliquid dicemus. Id enim alterum erat, quod huius rei studioso necessarium esse ab initio dixeramus.*

De pedibus & accidentibus  
eorum.

C A P. X I.

**O**Mne carmen certo aliquo numero comprehenditur, qui cum sit per partes distinctus, ijs illis nomen dedit, & pedes uocauit, quod ut animal pedibus, ita carmen numero currat. Is tamen numerus syllabarum est: & breuis quidem syllaba unum habet tempus, longa uero duo. Vna igitur longa syllaba, duabus par est breuibus. Est igitur pes, metrica syllabarum constructio. Cui accidunt octo, eleuatio, depressio, proportio, syllabarum numerus, tempus, resolutio, figura & ordo. Oportet enim in omni pede, cum una syllaba pedem minime conficiat, priorem eleuari partem, sequentem deprimi. Rationem autem inter se habent uel aequalem, uel inaequalem. Et id bifariam, uel in syllabis, uel in temporibus, ut dactylus & spondeus, aequalem in temporibus, inaequalem in syllabis, utpote sesquiplam. Syllabarum quoque numerus in his est duarum, in his trium, in alijs quatuor. Possunt deinde omnes pedes in tempora resolui, ut dactylus in quatuor, iambus in tria, pyrrhichius in duo, & c. Ceterum hi simplices sunt, ut iambus, spondeus: hi compositi, ut dijambus, dispondeus. Denique omnes suum expetunt in carmine ordinem. Nam non omne carmen quoslibet accipit pedes, aut saltem non quibuslibet locis. Sunt autem hi pedes in frequentiori usu octo & uiginti.

Pedes q̄ sunt in fre- quen- tiori usu,	Quatu- or disyl- labi,	} Pyrrhichius Spondeus Iambus Trochæus	} ut	} Deus ∪ ∪ Audax -- Dies ∪ -- Mater -- ∪								
					Octo tri- syllabi,	} Dactylus Anapæstus Tibrachys Molossus Amphibrachys Amphimacrus Bacchius Antibacchius	} ut	} Tityre -- ∪ ∪ ∪ Species ∪ ∪ -- Dominus ∪ ∪ ∪ Aeneas --- Libellus ∪ -- ∪ Castitas -- ∪ -- Egestas ∪ -- -- Natura -- -- ∪				
									Sede- cim te tra syl- labi,	} Proceleusmaticus Dispondeus Dijambus Ditrochæus Antispæstus Choriambus Ionicus à minore Ionicus à maiore	} ut	} Relegere ∪ ∪ ∪ ∪ Oratores --- -- Amœnitas ∪ ∪ -- ∪ Cantilena -- ∪ ∪ ∪ Alexâder ∪ -- -- ∪ Virginitas -- ∪ ∪ -- Diomedes ∪ ∪ -- -- Demetrius -- -- ∪ ∪ Letitia -- ∪ ∪ ∪ Potentia ∪ -- ∪ ∪ ∪ Alienus ∪ ∪ -- ∪ ∪ Celeritas ∪ ∪ ∪ -- Sacerdotes ∪ -- -- ∪ Cõditores -- ∪ -- -- Cõcordiæ -- -- ∪ -- Cõstâtinus -- -- -- ∪
	} Epitritus	} 1. 2. 3. 4.										

Et neque.



Et neq; parum refert quibus pedibus carmen absol-  
uas. Oportet nanq; rerum modum conspiciere in primis.  
Vbi uel maximè consyderandum est, ut carmen suis pe-  
dibus, decentiq; incessu, quod uolumus, festiuiter pingat.  
Sanè si uelocitas est perscribenda, solis utemur dactylis,  
quomodo Vergil. lib. 2. Aeneidos, turris lapsum gra-  
phicè ante oculos ponit:

-Conuellimus altis

Sedibus, impulimusq; ea lapsa, repente ruinam

Cum sonitu trahit, & Danaùm super agmina late

Incidit.

De Pyrrhi quoque irruptione in domum Priami ait:

Labat ariete crebro: ubi sex breuib; syllabis usus  
est. Et in 12. Genua labant, proceleusmaticum pro da-  
ctylo posuit. nam in temporibus hi conueniunt.

At si contrà res graues describendæ sint, iam multis  
spõdeis negotium cumulamus: quo pacto idem in 2. Ae-  
neidos Aeneam extrema Priami fata narrantem inducit.  
Ait enim de Hecuba senem Priamũ ab armis prohibete:

-Sic ore effata, recepit:

Ad sese, & sacra longæuum in sede locauit.

Cæterum sonum aut gestus rerum, ille idem festiuiter pe-  
dibus pinxit, ut bouis casum in quinto, his uerbis:

-Procumdit humi bos.

Et equi cursum sonantem in octauo:

Quadrupedante putrè sonitu quatit ungula campũ.

Et sonitum tubæ in sexto:

Sed dum fortè caua, dum personat æquora concha.

Item gestum fãbrorum Vulcani in octauo his uerbis:

Ferrum exercebant uasto Cyclopes in antro.

Brontesq; Sterapesq; & nudus membra, Pyracmon.

Et paulò post:

Illi inter sese multa ui brachia tendunt

In numerum, uersantq; tenaci forcipe massam.

Item magnitudinem rei horrende sic 3. Aeneid. de Polyphemo: Monstrum horrendum, informe, ingens.

Et 4. Aeneid. de fama: Monstrum horrendum, ingens.

Item in VI. de monstris.

Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ,

Horrendum stridens, flammisq; armata Chimera.

Gorgones, Harpyiæq; & forma tricorporis umbræ.

Sed puto in re cum copiosa, tum manifesta tot exemplis me fastidium parere. Quod si quis tam est stupidi ingenij, aut nihil auris habens, ut hæc iudicare nequeat, non laboret hortor. Dicit enim posset illi, id quod Probus apud Gellium cuidam rudi, & aure agresti homini obieciat, Cum sit tale quoddam hominum genus, ut sine iactura sui peccet, nihil eum perdere, qui eiusmodi Vergilij ingenium non notauerit. Hucusq; de pedibus, secunda huius negotij parte. Restat ut tertiam de carminibus, sed succinctim, uelut cætera absoluaui.

De carminum appellatione.

C A P. XII.

Carmina generali appellatione, primo in quatuor partes discreta sunt. Est enim quoddam quod Catalecticum dicitur, cui deest una syllaba. Est quod Brachycatalecticum, cui duæ syllabæ, uel plenus pes deest. Est denique quod Hypercatalecticum dicitur, quod una syllaba redundat. Est postremo quod Acatalecticum dicitur, cui superest, aut deest nihil.

Secundo à numero pedum, in sex partes. Est enim quoddam Monometrum dictum, quod duobus pedibus constat:

constat: ut, Nubibus atris. Est quoddam Dimetrum, in quo pedes fluunt quatuor: ut, Amice propugnacula. Quoddam Trimetrum, quod sex habet pedes: ut, Nec fonte labra prolui caballino. Est Tetrametrum, quod pedes octo constituunt, ut hoc Brachycatalecticum ex Horatio libro primo Carminum:

Sōluitur, ācris hŷ, ēms grā, tā uicē, uēris, ēt Fā, uōnī.

Sed hoc attendendum est in carminibus Iambicis, Trochaicis & Anapæsticis, duos pedes pro uno numerari, in cæteris autem singulos. Variant tamen hæc grammatici. Quidam enim hoc idem, quod nos monometrum appellauimus, dimetrum nominant. Deinde quod nos tetrametrum diximus, illi heptametrum uocant. Apud Terentium heptametrum uix inuenies, sed quadratos catalecticos atque acatalecticos. Est autem quadratum acatalecticum ex octo pedibus huiusmodi.

Pēcū, nīam īn, lōcō, nēgligē, rē mā, ximum īn, tērdum ēst, lūcrum.

Pentametrum quoque dicitur quod quinque pedibus constat: ut, Bella mihi uideo, bella parantur, ait. Postremo Hexametrum est sex absolutum pedibus: ut Heroicum, Tityre tu patula recubans sub tegmine fagi.

Tertio carmina appellationem acceperunt, uel à suis inuentoribus: ut Pindaricum à Pindaro, Glyconicum à Glycone, Sapphicum à Sappho eruditissima puella. Vel à pede prædominante, ut Iambicum, Trochaicum, Dactylicum, Anapæsticum, Choriambicum, & Spondaicum: Vel à dijs, aut alijs, qui hoc carmine celebrati sunt, ut Heroicum, Adonicum, & Pythium. Ita à lyra lyricum, quod ad lyram cantari solitum erat. Denique multis alijs modis hisce antiquitas nomina imposuit.

De quib

## De quibusdam attributis

carminum.

CAPVT XIII.

**C**Arminibus autem ferme hæc quatuor attribuuntur, Scansio, cæsura, figura, & permixtio. Scansio sanè est ἀρσις ἢ θίσις, id est, eleuatio, & depressio syllabarum in pedibus. Cæsura uerò est decora quædam syllabarum finitio in medio carminis notata. Et est triplex. Prima est penthemimeris, id est, semiquinaria, quâdo post duos pedes syllaba relinquitur, dictionem terminans: ut, Tityre, tu patu, le. Altera est hepthemimeris, id est, semiseptenaria, quâdo post tres pedes syllaba relinquitur, terminans partem orationis: ut, Tityre, tu patu, la recu, bans. Trochaica tertia est, quando post duos priores pedes trochæus manet dictionem terminans: ut, Nil no, stri mise, rere. Possuntq; ex his aliquæ esse simul, aut una absq; altera: carmen autè quod neq; primam, neque secundam habet prorsus ineptum est. Figura quoque accidit carmini, quæ est nouata quædã dicendi ratio, minime uel festiuitate, uel ornatu carens: quarũ ab autoribus centum aut circiter numerantur. De permixtionibus uerò nunc dicendum. Contingit nanq; carmina nonnunquã misceri, unde & nomina quatuor sortita sunt. Monocolon enim dicitur, quod uniforme est & purum. Quo modo Vergilius Bucolica, Georgica, & Aencid. scripsit. Dicolon distrophon, quod ex duobus generibus cõflatur, quale Elegiacum ex hexametro & pentametro. Dicolon tetrastrophon est, cum post tres eiusdẽ generis uersus, & quartũ alterius modi, ad primum fit reuersio, quale est Sapphicũ cum Adonico dimetro. Tricolon tetrastrophon est, quando post trium generum quaternos uersus, ad primum conuertimur, quale est hoc Horatij

carmen

carmen lib. I. in quo primi quique duo uersus Asclepiadei sunt, tertius Pherecratius, quartus Gliconicus:

Dīā, nām tēnēr. ē, dīcītē ūr, gīnēs,  
 īntōn, sūm pūērī, dīcītē Cŷn, thūm,  
 Lātō, nām quē sū. prēmō  
 Dīlē, etām pēnītūs, Iōū.

De carmine Heroico.

CAP. XIII.

**P**rimum autem carminis genus est (de paucis enim dicturi sumus, ne omnino aut studiosis tyrunculis desimus, si nihil dixerimus: aut multitudine generum candidatos discipulos obtundamus, si loquacitas mea nusquam finem accipiat) Heroicum dactylicū Hexametrum, quod & Homericum, & Pythiū dictum est. Quo genere tria maiora Vergilij opera, Ouidij Metamorphosis, Thebais & Achilleis Statij, Lucani Pharsalia, & pleraque aliorum poetarum carmina conscripta sunt. Id autem sex loca habet, & in primis quidē locis quatuor iam spondeum, iam dactylum nullo discrimine accipit. Venustius tamē est quod pluribus dactylis incedit. In quinto loco solum dactylum, & perraro spondeum. Imo quando hunc habet, carmen hoc spondaicum dicitur, ut illud VI. Metamor.

Et uetus in tela deducitur argumentum.

Sextus denique locus spondeum sibi uendicat. Quod si alios alij in locis pedes reperies, non statim ex hoc præceptum esse putes. Nam quod raro fit, quasi nunquam factum fuisse putatur. Eius hæc est forma:

Lēgērāt, hūiūs ā, mōr tītū, lūm nō, mēn' quē lī, bēlli.

De Pentametro, & Elegiaco. CAP. XV.

**P**entametrum carmen est, quod quinque loca pedum habet. Et in primo quidem, atque loco secundo nunc dactyl

daetylū, nunc spondeū, libentius tamen (nā sic uenustum erit carmē) in primo daetylū accipit. In tertio solū spondeū, in quarto & quinto anapestū, quāquā in ultimo esse potest Tribrachys, propter ultimā in omni carmine indifferentē. Quōd si hoc cū hexametro coniungatur, ut fiat dicolon distrophon, emergit Elegiacū carmen, aptū fletibus & lacrymis. Sed pētametri huiusmodi formā est: *Bēllā mī, hī uīdē, ō bēl, lā pārān, tūr āit.*

De Sapphico hendecasyllabo. CAP. XVI.

Sapphicum carmen, à numero syllabarum hendecasyllabum, à numero pedum pentametrum dicitur. Id omnibus in locis immobiles habet pedes. Primo quidem loco accipit trochæum, in secundo spondeum, in tertio daetylum, in quarto & quinto trochæum. Frequentissimè autem cum Adonico dimetro ponitur: quod constat ex daetylo & spondeo. Tum quoque decorum omnino efficitur, si caesura semiquinaria nō careat, & si in Adonico subsequantur substantiua, quorum adiectiua erant in Sapphico, quale est hoc Horatii lib. 11.

0. Crēscit, īndūl, gēns sibi, ātrūs, h̄ydrōps.

1. Nec si, tim pel, lit nisi, causa, morbi

Fuge, rit ue, nis & a, quosus, albo

.. Cōrpōrē, lānguōr.

De Phalecio. CAP. XVII.

Phalecium pentametrum hendecasyllabum, spondeo, daetylo, & tribus trochæis conflatur. Nōnunquam in primo loco pro spondeo iambum recipit. Quo genere potissimum oblectati sunt Catullus & Martialis. Horatius uerò nusquam usus inuenitur. Illius huiusmodi forma est apud Martialem:

. Vītām, quē faci, ūnt bē, ātī, ōrem.

De Asc

## De Asclepiadeo.

CAP. XVII.

**A**sclepiadeum carmen, ab inuentore Asclepiade dictum, etiam Choriambicum nominatur à pede prædominante. Cuius is modus est, ut primo loco sit spondeus, Altero & tertio Choriambus, in quarto Pyrrhichius. Hoc genere carminis præter Horatium, etiã Prudentius iucundissime lusit: ut illum hymnum: Inuentor rutili dux bone luminis. Sed ex Horatio illud est exemplum:

Mēccē, nās ātāuīs, cādītē rē. gībūs.

## De Gliconico.

CAP. XIX.

**H**oc ab inuentore nomen accepit. Constat spondeo, & duobus dactylis, ut illud Hora.

Sīc tē, diuā pō, tēns Cypri.

## De Archilochio heptametro.

CAP. XX.

**I**D genus carminis ex septem locis est, quorum priores quatuor sunt Heroici carminis, ac deinde tres Trochæi sequuntur: quale est illud Horatij lib. I. Carminum: Sōluitūr, ācris hū, ēms grā, tā uicē, uerīs, et Fā, uōnī.

## De Iambico.

CAP. XXI.

**I**ambicum carmen hoc optimum est, quod solis Iambis incedit, quanquam alios iam pedes accepit, præsertim locis imparibus, quales sunt primus, tertius, &c. cuius unum genus est Dimetrum archilochium acatalecticum, quod Iambis quatuor constat, recipiens nonnunquam spondeum locis imparibus, ut est illud Horatij:

āmī, cē prō, pūgnā, cūlā.

Ad hunc modum Ecclesiastici hymni quamplurimi instituti sunt: sicut, Veni creator spiritus.

Alterum huius genus Hyponactium trimetrum acatalecticum, sex iambis fluens, sed imparibus locis, uelut Dimetrum, spondeum recipit. Quo genere etiam comædiæ

& trag

Et tragœdiæ scriptæ sunt, sed non omnino eo ordine pedum, ut uidere est apud nostros autores. Hunc uersum Iambicum senarium uocant: quem, si in fine spondeum habuerit, *κάλουρα*, id est, claudicantem appellant, quo Persius à principio Satyrarum usus est. Senarij ex Horatio est hoc exemplum:

ī bīs, Lībūr, nīs īn, tēr āl, tā nā, uīūm.

De mixto carmine ex Trochaico ac

Iambico.

CAP. XXII.

**T**rochaicum, dimetrum, catalecticum, et iambicum, trimetrum, catalecticum, nonnunquam connectuntur, quale elegans sanè est apud Horatium lib. II.

Nōn ē, būr neque, aūrē, ūm.

Mēā, rēnī, dēt īn, dōmō, lācū, nār.

De Ionico à minore. CAP. XXIII.

**I**onicum à minore, Sapphicum trimetrum acatalecticum, constat tribus Ionicis à minore, quale est hoc apud Horatium, quo solum uno in loco usus est:

Miserarum est, nec amorī, dare ludum.

De Horatiano.

CAP. XXIII.

**H**oratius hoc genere, quod ponemus, ad eò delectatus est, ut propè inuenisse credatur. Id est ex duobus dactylicis alexandrinis acatalecticis, quæ constant penthemimere iambica, ac duobus dactylis. Tertio autem uersu iambico dimetro hypercatalectico. Denique quarto rursus dactylico, qui ex duobus dactylis ac duobus trochæis conflatur, ad hanc formam.

Vīdēs, iūt āl. tā, stēt nīuē, cāndī dūm

Sōrā, et ē nēc, iām. sūstīnē, ānt ōnūs

Syluā, lābō, rāntēs, gēlū, quē

Flūminā, cōnstīiē, rīnt ā, cūtō.

De quib



De quibusdam præceptis & cautionibus  
in carmine obseruandis,

CAP.

XXV.

**H**Actenus de carminum generibus, qua potuimus breuitate diximus: Subiungamus proinde cautiones quasdam, in componendis uersibus non iniucundas. Et primò quidem compositor notet, quemadmodum in soluta oratione adiectiuum pulchrè præcedit substantiuum, deinde inter eadem pulchrè aliquid médiat, ita non secus in carmine, ad hunc ferme modum:

Lurida terribiles miscent aconita nouerca.

Syluestrem tenui musam meditaris auena. Vel sic:

In noua fert animus mutatas dicere formas  
Corpora.

Vel sic:

Bella per Emathios plus quàm ciuilia campos.

Vel in pentametro sic:

Mittit Amazonio Cressa puella uiro.

Secundò, ut uersus Heroicus claudatur, uel dissyllaba, uel trissyllaba dictione. Et pentameter sola (si commode fieri possit) dissyllaba. Idq; anxie apud Ouidium huius carminis principem obseruatum, apud alios uerò usque adeo neglectum hoc, ut dissyllabam studiose effugisse dictionem uideri possint. Tertiò, uersus Leonini sint rari, ita ut diuersitate gaudeant omnia. Quartò, epitheta secundum tempora sunt uarianda. Non enim semper congruit canem rabidum appellare, sed nonnunquam placidum. Quintò congerenda sunt in unum nomina montium, fluminum, insularum, ciuitatum, mulierum, piscium, herbarum, arborum & rerum aliarum. ita ut in alicuius rei descriptione si qua dictio non quadret, alias in promptu habeas. Sextò cauendum est, ne dictiones non satis La-

*tinæ uersibus immisceas. Septimò ne accentus te decipiat. Nam Dalmatia antepenultimam corripit, quam audacia producit. Octauò, quia dictiones à uocali incipientes, plurimum negotij faciunt, colligendæ sunt in unum locum. Item quæ primam corripiunt, in alium locum quales sunt, ager, opes, equus, iter, apes, habet onus. aut quales, uiri, dies, deus, bonus, probus, pius, lyra, potes; quæ apud quoslibet autores, si lubet, facillime inuenies.*

De Collisione in metris. CAP. XXVI.

**C**ollisionis est ultimæ syllabæ dictionis propter sequentem uocalem absorptio. Cuius quidem duæ sunt species, Echthlipsis, & Synalœpha. Echthlipsis est, quando præcedens dictio in *m* desinit, & sequens incipit à uocali. Tum enim *m* cum sua uocali absorbetur. Vergilius:

*Venturum excidio Libyæ, sic uoluerè Parcas.*

Synalœpha est quando præcedens dictio finitur in uocalem, & sequens à uocali incipit: prioris enim dictionis uocalis eliditur. Idem:

*Ille ego qui quondam gracili modulatus auena,*

*Fit quoq; collisionis in fine carminis, quando ipsum in uocalem desinit per superfluam syllabam, & sequens à uocali incipit, superabundans enim tum syllaba eliditur, Vergilius in primo:*

*Acrea cui gradibus surgebant limina, nexæq;*

*Acre trabes.*

*Et huiusmodi quidem uersus Hypermeter dicitur, quòd supra certam ac desinitam mensuram, syllabam superaddat. Interdum autem prior uocalis per aliam sequentem non eliditur, sed tantum fit breuis, quæ alioqui longa fuerat. Vergilius in Aecl.*

*Et longum formose uale, uale inquit Iola.*

Quod

Quod apud Græcos in longis & uocalibus, & diphthongis frequentissimum est. Sed tamen uocalis illa quandoque inuenitur producta. Vergilius:

Stant & iuniperi: & castaneæ hirsutæ.

O' autem aduerbium, sequente uocali quandoque producitur. Horatius:

O' & præsidium, & dulce decus meum.

Quandoque corripitur. Vergilius.

Te Corydon ô Alexi, trahit sua quenque uoluptas.

Apud antiquos S consonans interdum sola subtrahebatur. Lucilius:

Quam neque Lucanis oriundi montibus tauri.

Quandoque cum sua uocali. Vergilius:

Inter se coiisse uiros, & decernere ferro.

Sed hæc ex lectione poetarum facilius colliguntur.

Nos receptui canendum putamus. FINIS.

GLAREANVS LE-  
CTORI S. D.

SI quis ad publicam iuuentutis utilitatē de figuris prælaborem cumulando quàm decidendo sumere uelit. Neque enim alia res est æquè teneris ingenijs noxia. Nam præter Græcos dii boni quantum mare est apud Quintilianum, Ciceronemq; ut Latinos grāmaticos omittam. Quare ego ut sæpe aliàs, ita hac quoque in re iuuentuti succurrere haud grauatè uolui, ut rei maximè utilis gustationē duntaxat haberent. Sanè ante annos plures, cum apud Vbios Philosophiæ operam darem iuuenis, quidam à me hæc audierāt, atque exscripserāt, statimq; edidēre, oppresso meo nomine: qua in re etiam gratiā apud me inierunt.

Neque enim sum tam ambitiosus, ut in his mihi uel nomē  
 uel famam parem, præsertim hac tempestate, qua nihil  
 amatur, quod fucis, quod maledictis careat. Tum quòd  
 nihil hîc noui scribitur. Nec ullam laudem meretur hic  
 labor, si non moderaberis negotium. Vellem, multò bre-  
 uius ea dicere potuissem, sed occurrebat illud Horatij:  
 Breuis esse laboro Obscurus fio. Hoc etiam lectorem ad-  
 monuisse uolo, in his generalibus distributionibus propè  
 nihil esse certi. Quidam enim figuram huius negotij ge-  
 nus faciunt, schema speciem. Alij contrà schema genus, ac  
 eius speciem figuram, cum Quintilianus libro nono, ab  
 initio figuram ac schema idem esse scribat, tropum autem  
 diuersum apud quosdam. Sed & ipse tamen fatetur in his  
 similitudinem esse, quam discernere non sit in promptu.  
 Multa alia dici poterant, sed epistolaris angustia plura  
 non patitur. Vale.

**HENR. GLAREA.**  
 NI BREVISSIMA DE  
 FIGVRIS, QVIBVS CRE-  
 bro Poëta utuntur,  
 lucubra-  
 tio.

Autoribus Cicerone, Quintiliano, Seruio, Prisciano. Diome-  
 de. atque inter posteriores Antonio Mancinello, uiro de bonis  
 literis optime merito.



**V**ITIVM orationis generale est tri-  
 plex, Obscurum, Inordinatum, & Bar-  
 barum. Obscurum octo habet species:  
 PRIMA est Acyrologia, id est,  
 improprius sermo. ἀκυρολογία enim est im-  
 proprius, & ἄλλος, sermo est: ut Requiem timeo, uel spero  
 labor

laborem: Nam speramus bona, timemus mala.

Secunda, Pleonasmus, id est, abundans supra necessitatem oratio, autore Quintilia. Vergil. Sic ore locuta est. Ita dicimus: Audiui his meis auribus. uel, Vidi his meis oculis.

Tertia, Perissologia, id est, superflua locutio, ut Viuat Augustus & non moriatur: dum idem sit uiuere & non mori.

Quarta, Macrologia, id est, longus sermo. Liuius: Legati non impetrata pace retrò domum, unde uenerāt, abierunt. . Huiusmodi sunt periphrases apud poëtas, ut ortus solis, aut alterius cuiusuis temporis descriptio.

Quinta, Amphibologia, id est, ambigua oratio. Hæc sæpe fit per accusatiuum, ut Certum est Antonium præcedere Crassum eloquentia. Nonnunquam per uerbum, ut Cato criminatur. nescitur enim an ipse ab alio, an alium ipse criminetur.

Sexta, Tautologia, id est, eiusdem uerbi aut sermonis reiteratio, ut Ipse egomet dicam. Ver. 1. Aencidos, Quem si fata uirum seruant, si uestitur aura Etherea, nec adhuc crudelis occubat umbris.

Septima, Ecclipsis, id est, defectus quidam necessariæ dictionis, quam desiderat præcisa sententia, ut Italiam fato profugus, id est ad Italiam. Vel, Terris iactatus & alto, id est, in terris.

Octaua, Aenigma, id est, sermo obscurus, oratio quæstiuncula: ue: ut, Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me. ubi ex aqua glacië fieri significamus, rursusq; in aquam resolui.

Inordinatum tres habet species.

Prima est Tapinosis, id est, humiliatio, seu magnæ

rei humilis descriptio. Verg. 1. Aeneid. Apparet rari nantes in gurgite vasto, id est, mari. & Epitheto leuauit Tapinosim, autore Seruio. Idem in eodem; Multa malus simulans, id est, scelestus.

Secunda, Cacophaton, id est, mala dictionum consonantia. Cicero: O fortunatam natam me consule Romam. Verg. lib. 3. Aeneid. Sola mihi tales casus Cassandra canebat. Et paulo post: Treis adeo incertos caeca caligine soles. Et lib. 2. Aeneid. Iliaci cineres.

Tertia, Cacosyntheton, id est, mala compositio. Vergilius libro nono: Vesiq; iuencum Terga fatigamus hasta.

Barbarum: Eius duae sunt species.

Prior Barbarismus, atque hic in sola dictione locum habet. Fit autem scripto uel pronuntiatione. Scripto, ut si quis solemniter per p scriberet, uel ymnus absque aspiratione. Pro: untiatione, ut si dicam coinquino, co-phinus media producta: uel Theodorus penul. corrept. In carmine autem fit quatuor modis. Primo adiectione, atq; id trifariam. Vel literae, ut reliquias pro reliquias, & relligio pro religio. Vel syllabae, ut Mauors pro Mars, Induperator pro imperator. Vel temporis, ut Italiam facto. ubi prima syllaba breuis pro longa ponitur. Secundo detractio, idq; rursus trifariam: Vel literae, ut dextra pro dextera. Syllabae, ut nosti pro nouisti. Temporis, ut Auroq; effulgere fluctus. Nam longa syllaba corripitur. Tercio mutatione, ad eundem modum uel literae, ut olli pro illi, assum pro adsum. Vel syllabae, ut maxumus pro maximus. Vel temporis, ut Feruere Leucatē. Quarto transmutatione, uel literae, ut Thymbre pro Thymber. Vel temporis, ut Dominus media longa, idola media correpta.

Alter

Altera species barbari generis Solœcismus. Porro Solœcismus est inconueniens dictionũ iunctura, contra artem Grammaticen posita. Fit autem modis xiiii. Primò generum immutatione, ut *Albus mulier: Vel, Iste fœmina.* Secundò casuum uariatione, ut *Urbem quam statuo uestra est, pro urbs.* Tertiò immutatione numerorum, ut *Pars in frustra secant.* Quartò personarum immutatione, ut *Danai qui parent Atridis, id est, qui parentis.* Quintò temporum, ut *sumat, pro sumauit.* Sextò per uerborum qualitates significationes uel, ut *Nutritor pro nutrio, commune uerbum pro actiuo.* Septimò per uerborũ modos, ut *Videri pro uidebantur.* Octauò per aduerbia localia. ut *intus eo pro intrò eo.* Nonò per præpositiones, ut *Sub lucem pro ante lucem.* Decimò per gradus comparationis, *Sapius pro sepe.* Undecimò per coniunctiones, ut *Subiectisq; urere flammis. q; pro uel.* Duodecimò per geminationem abnuendi, ut *Nihil nunquam feci, pro nihil unquam feci.* Tredecimò per accentum, ut *Pene, ferme sine accentu in ultima acuto.* Decimoquartò per ordinis immutationem, ut, *Autem fieri debet, pro, fieri autem debet.*

Figura quid, & quibus poëtæ utantur.

**F**igura est conformatio quædam orationis remota à communi, & primum se offerente ratione. Vel, Figura est arte aliqua nouata dicendi forma: ait Quintilianus libro 9. Generaliter autem poëtæ tribus maxime utuntur, Metaplasmo, Schemate, & Tropo.

Metaplasmus dicitur transformatio apud poëtâs, idem quod in soluta oratione Barbarismus dicitur. Atque secundum quatuor attenditur. Primò secundum ablatio-

Aliquando postponitur uerbū. Vergil. Aeclo. v 111. Nihil hic nisi carmina desunt. Terent. Id uisam, tu an illi insaniant: hæc hysterozeugma uel ὑπὸ ζευγµα dicitur, & à Latinis zeugma à posteriore. Aliquando uerbum in medio ponitur. Vergil. Aecloga v 11. Huc ades ò Melibœe, caper tibi saluus & hoc di. Idem libro 111. Aeneid. Troiugena interpres diuūm, qui numina Phœbi, Et tripodas, Clarij lauros, qui sydera sentis, Et uolucrum pennas, & prapetis omnia pennæ: hæc uocatur Mesozugma, siue zeugma à medio.

111. Hypozeuxis, id est, subiunctio. fit autē cū diuersis rebus singula uerba attribuuntur. Vergi. lib. x. Regē adit, & regi memorat nomenq; genusq;: Quid uēpetat, quid uē ipse ferat, Mezentijs arma Quæ sibi conciliet, uiolentaq; pectora Turni Edocet, humanis quæ sit fiducia rebus Admonet, immiscetq; preces.

1111. Syllepsis, id est, conceptio. fit autem secundum Diomedem cū singularis dictio plurali uerbo redditur, uel pluralis dictio singulari uerbo adiūgitur. Vergi. Sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis. Idē lib. 1. Aeneid. Hic illius arma, Hic currus fuit. Hoc schema latē patet, ait Donat. Fit quoq; syllepsis dū pro multis unus ponitur. Vergil. lib. 11. Aeneid. Hostis habet muros. Et, Vterumq; armato milite complent.

v. Diallyton, id est, dissolutum, quæ & Afsyndeton dicitur, & Brachylogia à Diomede & Quintil. lib. 1x. fit autem quando sine coniunctionibus plures dictiones connectuntur. Vergil. lib. 1111. Aeneid. Alij naualibus ite. Ferte citi ferrum, date tela, impellite remos. Item: Iustitia, prudentia, fortitudine me superasti.

v 1. Polysyndeton, id est, uarie cōiunctū: oratio multis



Quartò attenditur Metaplasmus secundum transpositionem, uel literarum, ubi duæ sunt species: Antithesis, id est, literæ pro litera positio, ut olli pro illi. Græci ἀντίθεσις uocāt. Metathesis, id est, transpositio, ut Thymbre pro Thymber. Vel dictionis, ut paralage protheseon, id est, præpositionum mutatio, quando præpositio pro præpositione ponitur. Vergilius: Si bene quid de te merui, pro in te.

Schema quid, quot'ue eius species.

Schema à Quintiliano dicitur lib. 1 x. quod à simplici Satq; in promptu posito dicendi modo poëtice uel rhetorice mutatum est. Eius duas esse species idem ait: διανοίας id est, sententiarum, & λέξεως, id est, uerborum uel dictionis. Prior species, autore Donato, ad oratores pertinet, altera ad Grammaticos. Porrò à Diomede schematis decem & octo species numerantur.

Prima, Prolepsis, id est, præsumptio, ut uertit Quintilianus. Fit autè quando quod posterius uenit, antea describitur. Vergil. lib. v 1. Portusq; require Velinos: Velia enim nondum dicebatur, quando Aeneas ad Italiam uenit. Est quoq; prolepsis in cōstructione, quando totum prius dicitur, ac deinde per partes explicatur: ut, Puellæ legunt flores, illa rosas, hæc lilia.

11. Zeugma, ζεύγμα, id est, coniunctio. Est autem cum plures sententiæ uno uerbo clauduntur: Aut quoties diuersi nominatiui ad unum uerbum uel adiectiuum referuntur. Fit autem tripliciter, quia uerbum uel adiectiuum aliquando præponitur, ad quod reliqua referantur, ut Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amantia. Nominaturq; tum πρὸς ζεύγμα uel Zeugma à priore.

k 5 Aliquan

*minax minitatur maxima muris. In his quo q; cacophato poterit esse. mirum uerò quàm sit his oblectata uetustas.*

XIII. **Homocoteuton**, id est, similiter destinens secundum Ciceronem: Vel oratio similibus terminata uocibus. Ennius: Eos reduci, quàm relinqui, temni quàm deseri malui.

XV. **Homoptoton**, id est, casuum similis terminatio. Enni. Mœrentes, flentes, lacrymantes ac miserâtes.

XVI. **Polyptoton**, id est, Multiplicem habens casum. Diomedes uerò ait, Polyptoton est oratio casuum uarietate distincta. Vergil. lib. IIII. Aeneidos: Littora littoribus cōtraria, fluctibus undas Imprecor, arma armis, pugnent ipsiq; nepotes. Persius Satyra III. Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.

XVII. **Hyrmos**, id est, oratio continuo tenorem suū in multos uersus protendens. Vergil. lib. VI. Principiò cœlum ac terras camposq; liquentes, Lucentemq; globum lunæ, Titaniq; astra Spiritus intus alit.

XVIII. **Climax**, id est, gradatio secundū Quintilianū lib. IX. Fit autē cum de uerbo media quadā repetitione in uerbum fit progressio. Vergil. Aegl. II. Torua læna lupū sequitur, lupus ipse capellam, Florentē cytisum sequitur lasciuia capella. Aliud: Industria parit uirtutē, uirtus gloriā, gloria inimicitias, inimicitia pericula. Hanc nonnulli non inter schematis species posuere.

Tropus quid, eiusq; species.

**T**Ropus est uerbi uel sermonis à propria significatione in aliam cum uirtute mutatio, autore Quintiliano libro octauo.

Tropi maxima species est Metaphora, id est, trāslatio

*multis cōnexa cōiunctionibus, apud Græcos itemq; Vergiliū frequentissima. lib. II. Aeneid. Athamasq; Thoasq; Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon.*

VII. Anadiplosis, id est, reduplicatio. fit autem quando eadem dictio præcedentem uersum claudit & sequentem incipit. Vergil. Certent & cygnis ululæ, sic Tityrus Orpheus: Orpheus in syluis, inter delphinas Arion.

VIII. Epanalepsis, id est, repetitio, quando eadem dictio & principium uersus & finem tenet. Iuuenal. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

IX. Epizeuxis, id est, coniunctio. Fit autem teste Diomede, quando dictio eadem sine aliqua dilatione geminatur cum impetu pronuntiationis. Vergil. lib. IX. Meme adsum qui feci, in me conuertite ferrum.

X. Anaphora, id est, repetitio siue relatio eiusdē dictionis in principio duorum uersuum. Vergil. lib. I. Aeneid. Nate mea uires, mea magna potētia solus, Nate patris summi qui tela Typhoëa tenis.

XI. Paronomasia, id est, denominatio secundum Diomedē. Fit autē cū dictio reiteratur, mutata tamē aut litera aut syllaba in diuersam significationē: Vt, Prædo es, nō Prætor: Aratorē te potius quā oratorē nomino. Terent. Nam inceptio est amentium haud amantium.

XII. Schesis onomaton, id est, nominum habitudo. Fit, secundum Diomedem, dum singulis nominibus epitheta coniuncta sunt: Marsa manus. Peligna cohors, festina uirū uis.

XIII. Paromœon, id est, simile: Quoties in oratione dictiones in similitudine cōsonantē incipiūt. Ennius: O Tite tute Tati tibi tāta Tyrāne tulisti. Itē: Machina multa  
minax

tissimus annis, id est, dijs qui in cœlo continentur. Terent. Sine Cerere & Baccho friget Venus: Vbi per Cererem panem, per Bacchum uinum, per Venerem concubitum significat. Fit etiam Metonymia cum materia pro re Materiata accipitur. Vergil. lib. 1. Aeneid. Et pleno se proluit auro, id est, aurata patera. Item in eodem: Arma uirumq; cano: ubi per arma bellum intelligitur, quibus in bello utimur. Cicero: Cedant arma togæ, id est, bella paci, expositore Seruio.

Antonomasia, est nominis pro nomine positio, generalis pro speciali, ut per poëtam Vergilium, per philosophum Aristotelem intelligimus.

Epitheton, id est, appositum, uel adiectiuũ, ut dulce mustum, dentes albi, uina humida. Hoc poëtae liberius quàm oratores utuntur, nisi pondus secum ferat. Epitheton, ut O de formem libidinem, ò scelus abominandum, ait Quintil. lib. viii. Attribuuntur autem Epitheta nonnunquam ab euentu: Insula diues opum. 11. Aeneid. Nonnunquam à loco, ut Ithacensis, Vlysses: nonnunquam ab actu, ut Aeneia nutrix. Item ab animo, ut Iustus imperator: & à corpore, ut Pulcher Iulus.

Synecdoche, à Cicerone dicitur intellectio, ab alijs comprehensio. Fit autẽ quando à parte totum, uel à toto pars intelligitur, ut Puppis pro nauis, tectum pro domo, uel frigidus annus pro frigida hyeme. Itẽ quoties numerus pro numero ponitur, ut Vterumq; armato milite cõplent. & species pro genere. Fit quoq; Synecdoche quando participio præteriti temporis iungimus accusatiuum pro ablatiuo, ut nuda genu uel pedem, & percussus collum. Hæc frequentior est apud poëtas quàm oratores, diciturq; Synecdoche cõstructionis. Est quoq; Synecdoche sec

latio, quæ mutuari permittit, quæ lingua Latina nõ habet, ne alicui rei nomen deesse uideatur. Hæc figura sæpius ornat orationẽ. Vergil. lib. VI. Clasiq; immittit habenas. Aliquando necessaria est, dum caremus nomine, ut gemmã in uite nominamus. Hæc fit, quoties mitẽ hominẽ uocamus agnũ, hominẽ ferum ursum, libidinosum sucum, Iudæos canes, Christum resurgentẽ leonem. Hæc figura adeo latè patet, ut omnes tropi species eius esse uideantur. Notandum etiam, quod Aristoteles docuit de Metaphora, quod omnes transferentes se, secundum similitudinem se transferunt. Ad hoc allusit Horatius in Arte:

Dixeris egregiè notum si callida uerbum

Reddiderit iunctura nouum. Porrò Tropi species infinitæ putantur: quæ uerò memorantur hæc sunt:

**Catachresis**, id est, abusus, ut parricida pro omni interfectore, cum propriè patris interfector dicatur. Hæc figura, ut Quintil. ait lib. VII. nõ habentibus nomẽ suũ accommodat, & necessaria est. Multa enim sunt Græcè & Latinè nõ denominata. Nã qui iaculũ emittit, iaculari dicitur. Et Vergil. x. Aencid. Induat dixit, pro feriat.

**Metalepsis**, id est, translatio secundum Quintil. uel transsumptio, fit cum aliqua dictio aliud à sua propria significatione ex his quæ præcesserunt denotat: ut dum per aristas spicas, per spicas segetes, per segetes æstates, per has deniq; annos accipimus. Vergi. Aeglo. I. Post aliquot mea regna uidens mirabor aristas.

**Metonymia**, id est, nominum transmutatio, figura latissimè patens. Fit autem cum continens pro contento, & contrà, contentum pro continente: Item inuentor pro re inuẽta usurpatur. Vergil. Et uina coronat, id est, crateras in quibus erat uinum. Idem lib. VII. Cælo gratissimus

Fit cùm dictio fidem excedens ponitur augendi minuen-  
diue gratia. Augendi, ut Niue candidior. Vel, Fulminis  
ocyor alis. Minuendi, ut Volantis folij sonitus te terre-  
ret. Hæc non fit, ut credatur, quod dicimus, sed ut ex eo  
quod incredibile est, credatur aliquid penè incredibile.  
Vergil. lib. 1. Aeneid. Fluctusq; ad sydera tollit. ubi non  
postulat Maro, ut credatur fluctum sydera tetigiße, sed  
ita altè eleuatum, ut altius tolli non possit.

Hyperbaton, id est, uerbi transgressio, ait Quintilian. lib. viii. aspera, dura, ac dissoluta oratio. Huius quinq; species à Diomede ponuntur.

Prima Anastrophe, id est, inuersio, ordo duarum dictionum præposterus. Vergilius lib. v. Transtra per  
et remos: quoties uidelicet præpositio postponitur suo casui, ut Littora circum.

Secunda Tmesis, id est, dictionis, alijs interpositis, sectio. Vergil. lib. 111. Georgic. Septem subiecta trioni, id est, Septentrioni. Sed in composito recte, in simplicibus nimis est asperū. Antiquitas tamen fecit, ut Saxo cere comminuit brum, hæc Seruius lib. 1. Aeneid.

Tertia Parenthesis, interclusio seu interpositio secundum Quintil. lib. 1x. Fit cùm sermonis cõtinuationi medius quidã sermo interuenit. Vergil. lib. 1. Aeneid. O socij (neq; enim ignari sumus ante malorum) O passi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.

Quarta Synchresis, id est, oblonga confusio. Aut, ut Donatus ait, Hyperbaton undiq; confusum. Fit in turbata cõstructione. Vergil. lib. 1. Aeneid. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes Littore Trinacrio, dederatq; abeuntibus heros, Diuidit. dum sit cõstructio: heros deinde diuidit uina quæ bonus Acestes onerarat cadis in littore

che secundum Quintilianũ lib. 1x. cum subtractum uerbum satis ex cæteris intelligitur. Cælius in' Antonium: Stupere gaudio. ubi subauditur cœpit.

Aposiopesis est, quam Cicero reticentiam, Celsus obticentiã, nõnulli interruptionẽ appellat, ait Quintil. lib. 1x. Differt autem à Synecdoche, quòd manifestè uerbum desideratur in Synecdoche, non etiam in Apopsiopesi. Vergil. lib. 1. Aeneid. Quos ego. ubi subauditur puniã, uel quid simile. Terent. Ego ne? quæ me? & aliũ? Vbi intelliguntur uerba amabo, exclusit, & intromisit. Verg. lib. 1x. Meme adsum qui feci, in me conuertite ferrum.

Onomatopœia, id est, nominis fictio, secundum Quintil. fit cum uocis confusæ nomen ad imitandũ sonum effingimus: qua parcius uti decet. Nam hunc Ennij uersum: At tuba terribili sonitu taratantara dixit: Vergilius sic mutauit: At tuba terribili sonitu procul ære canoro. Hinc dicimus, Leo fremit, elephas barrit, equus hinnit, ursus sæuit, bos mugit, lupus ululat, asinus rudit, sus grunit, ouis balat, uulpes gannit, miluus lugit, turdus tritulat, grus gruit, rana coaxat. Siquidem nouis rebus noua indere nomina concessum est. Neque iniuria tormentum illud quod globos ui eiaculatur, tanto strepitu personans, boardam dicimus uel bombardam.

Periphrasis, id est, loquẽdi circuitus, autore Quintiliano lib. viii. fit cum quod paucis dici potest, pluribus explicatur, ut Teneros ouium depellere fœtus, id est, agnos. Hæc figura latè patet: Nam Chronographiam, Macrologiam, & Topographiam proximè attingit, ac Hyrmon quoq;. Sæpe hæc figura uerecudiæ gratia etiam uulgò usurpatur.

Hyperbole, id est, superlatio interprete Cicerone,

Fit

**Quarta Charientismos**, qua dure dicta gratius proficuntur Autore Diomede. Vt si rogarem quis me uult aut quaesierit, & respondeatur bona salus uel fortuna, ita neminem me quaesisse intelligo. Et Terentianus Clitipho pro nihil respondere se ait amicæ, rectè.

**Quinta Parœmia**, id est, prouerbium uel adagium: ut, *Lupus est in fabula*, id est, sermo nobis eripitur per præsentiam eius de quo loquebamur. Nam Physici aiunt. uoce deseri eum quem lupus prior uideat. Vergi. *Aecl. 111. Lupi Mœrim uidere priores*. Hæc figura latissimè patet apud omnes autores. Vt luce clarius D. Erasmus in *Chiliadibus* opere illo uerè aureo ostendit.

**Sexta Sarcasmos**, id est, plena atque hostilis derisio, seu iocus cum amaritudine. Vergi. *lib. x11. En agros & quam bello Traiane petisti Hesperiam metire iacens*. Idem *lib. 11. Aeneid. Referes ergo hæc & nuntius ibis Pelidæ genitori, illi mea tristia fata, Degeneremq; Neoptolemum narrare memento*.

**Septima Asteismos**, id est, urbanitas, oratio rusticitate carēs. Vergil. *Aecl. 111. Qui Bauuū nō odit, amet tua carmina Meui, Atq; idem iūgat uulpes, & mulgeat hircos*: id est, pro pœna habeat ut diligat Meuium peiorem poëtam Bauio, & faciat quæ cōtra naturam sunt. fuerunt autem hi Vergilij & Horatij hostes.

**Homœosis**, id est, similitudo, quando ex similitudine cogniti in similitudinē incogniti deuenimus. Huius autem tres species sunt.

**Prima Icon**, id est, formæ ad formã cum similitudine cōparatio aut laudis aut uituperationis gratia. Vergil. *lib. 1111. Omnia Mercurio similis uocemq; coloremq;*. Hæc apud Homerum frequens est & Ouidium. Ita dici-



*littore Trinacrio, & abeuntibus dederat.*

*Quinta Hysterologia, id est, præposterus sermo. Vocatur etiam hysteronproteron: fit cum quod prius dicitur, fit posterius. Verg. lib. III. Aeneid. Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora uenit. Prius nanq; ad æquora uenit, quam tangeret altos fluctus. Idem II. Aeneidos: Moriamur, & in media arma ruamus.*

*Allegoria, secundum Quintil. lib. V. inuersio est, quæ aliud uerbis, aliud sensu ostendit. Vergilius: Clau dite iam riuos pueri, sat prata biberunt, id est, canere desinite, satis audiuius. Idem II. Georg. Sed nos immensum spatio confecimus æquor. Et iam tempus equum fumantia soluere colla, id est, quæ tractanda fuerant explicuimus, iam congruum est carmen finire. Eius septem sunt species.*

*Prima Ironia, id est, dissimulatio, illusio. Hæc diuersum ei quod dicit, intellectum petit, ait Quintil. lib. V. Vergil. lib. IIII. Aeneid. Egregiam uerò laudem, & spolia ampla refertis, Tuq; puerq; tuus. Idem in eodem: Scilicet is superum labor est. Terent. Id populus curat scilicet. Hanc nisi grauitas pronuntiationis adiuuerit, confiteri uidebitur, quod negare contendit.*

*Secunda Antiphrasis, id est unius uerbi Ironia: est enim dictio contrarium significans, ut Bellum quod minime bonum. Qua nanos Atlantes uocamus, uel homuntionem gigantem, aut Aethiopem argenteum. Differt ab Ironia, quod Ironia pronuntiando mutat effectum, & significationem, Antiphrasis autem diuersitatem rei denotat. autor Diomedes.*

*Tertia Aenigma, quæstiuncula uelata, quæ est species generis obscuri in orationis uitio.*

tur & plus intelligitur. Verg. lib. 7. Munera nec sperno  
id est libēter accipio. Idē lib. 1. Georg. Nec nulla interea  
est inarata gratia terræ, id est, maxima & præcipua.

Chronographia, id est, tēporis descriptio. Verg.  
lib. 2. Aen. Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox.

Topographia, id est, loci descriptio. Verg. lib. 1.  
Aeneid. Lucus in urbe fuit media gratissimis umbra.

Geographia, siue Cosmographia, terræ siue mun-  
di descriptio, species hæ sunt Periphrasis.

Antipophora, id est tacitæ obiectionis respon-  
sio: ut, Sum pius, heu doleo, nam mihi sæpe nocet. ideo  
enim dolet, quoniam sæpe nocuit. Hæc figura Oratori-  
bus & philosophis familiarior est quam poëtis.

Antitheton, id est contrapositum siue contrarium.  
Ovidius lib. 1. Metamorph. Frigida pugnabant calidis,  
humentia siccis, Mollia cum duris, sine pondere, habentia  
pondus. Hoc etiam Polypoton dicitur, inter schema-  
tis species antè enumeratum.

Brachylogia, id est breui loquium, fit teste *Quin-*  
*tiliano* libro octauo, cum plura paucis complectimur, cō-  
traria *Macrologiæ*. Vergil. lib. 4. Aeneid. Ferte citi fer-  
rum, date tela, impellite remos. Hoc genus etiam *Asyn-*  
*deton* ac *Dialyton* dicitur.

*Erotema*, id est, interrogatio. Vergilius in *Tityro*:  
Et quæ tanta fuit Romam tibi causa uidendi?

*Epexegetis*, id est, prioris dicti expositio, fit cum  
sequentia priora exponunt. Vergil. lib. 10. Tolle fuga  
Turnum, atq; instantibus eripe fati. Idem lib. 1. Georg.  
Extremæ sub casu hyemis iam uere sereno. *Porphyrius*  
questione decima in *Homerum* multis exemplis osten-  
dit, hoc apud *Homerum* frequentissimum esse.

*Apostr*

*mus*, Ibat in prælium corpore tauri ualidissimi, seu impetu leonis acerrimi.

*Secunda Parabola*, id est, comparatio uel exemplum secundum Quintil. lib. 5. uel similitudo secundum Diomedem. Vergil. lib. 2. *Aeneid.* Qualis mugitus, fugit cum saucius arã Taurus, & incerta excussit ceruice securim. Hac figura præcipue Homerus & alij poëtae pleni sunt. Fuit autem peculiaris Syris & Phœnicibus, ut ex Euangelio patet.

*Tertia Paradigma*, id est, exemplum facti uel dicti alicuius: Aut hortantis dehortantis uel narratio. Hortantis, Vergil. 1. *Aeneid.* Antenor potuit medijs elapsus Achiuis Illyricos penetrasse sinus. Dehortantis, Idem lib. 7. At nõ sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor, Lædeamq; Helenam Troianas uexit ad urbes.

*Epimone*, id est, perseverantia, quæ fit in uersibus intercalaribus. id est, qui sæpius in libris repetuntur. Vergilius *Aecloga* 8. Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus. Idem in eodem: Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

*Hypallage*, id est, submutatio, fit dum uerba per aduersum intelliguntur. Verg. lib. 1. *Aen.* Tot uoluerè casus Insignè pietate uirum, id est, tot casibus uolui. Idem lib. 3. *Aeneid.* Et dare classibus Austros, id est, classes Austro.

*Antiptosis*, id est, casus pro casu positio. Vergilius lib. 1. *Aeneidos*: Urbem quam statuo uestra est, pro urbs: quanquam hoc Græca imitatione excusatur.

*Hendiadis*, figura est dum substantiuum in adiectiuum resoluitur. Vergil. lib. 2. *Georg.* Pateris libamus & auro. Idem libro 4. *Aeneid.* Ostroq; insignis & auro. pro pateris aureis, & aureo ostro.

*Liptote*, id est, defectiua oratio, fit dum minus dicitur

gnificat, quàm dicit. Verg. lib. 11. Aene. Demissum lapsi per funē. nam sic equi altitudo monstrata est. Idē lib. 111. Aeneid. Iacuitq; per antrum immensum saniē eructans. Nam sic corpus quoque uastum Polyphemi significauit. Altera species est quæ etiam id, quod non dicit, significat. Idem lib. 1. Georg. Cum iam glandes, atq; arbuta sacre Deficerent syluæ & uictum Dodona negaret. significauit enim quod non dicit: hoc est, non solum aliæ, sed etiam sacræ. Sacrarum nanq; syluarū sterilitas aliarum infœcunditatem denotat. Est item hæc figura frequens in pronomiibus ille, ipse, & similibus. Terent. Hic ille est. Sic dicimus, Aristoteles ille philosophorum præclarissimus. Et in Græcis articulis præpositiuus.

Epanodos, id est, regressio, autore Quintil. libro 1 x. ut, Adolescentiam iuuenis laudo, non autem eum qui lasciuiam sequitur. Vel, Principatus bonus est, non autem is qui in tyrannidem commutatur.

Catexoché, excellentia uel eminentia. Vergil. lib. 1. Georg. Quæ cura bouum, quis cultus habendo sit pecori. per excellentiam dixit boues: & postea intulit cætera pecora, ut maius animal separet à minoribus, autore Seruio.

Paradiastole, id est, distinctio, teste Quintiliano libro nono: Fit cum pro astuto sapientem appellamus: Aut quoties rem nostram dilatamus interpretamento: Ut prodigum liberalem dicimus. Temerarium fortem: qui modus uulgo est frequēs. His adijciunt nonnulli Eucationem, quæ est continua reductio tertiæ personæ ad primam uel secundam, ut Ego Antonius scribo. Appositionem, quæ est continua coniunctio duorum substantiuorum, quorum alterum alterum declarat. Vergilius libro sexto:

**Apostrophe**, id est, auersus à iudice sermo, ut auctor Quintil. lib. 1 x. fit quoties sermo ab instituta narratione ad secundam uertitur personam. Vergil. lib. 1 1 1. Aeneid. Polydorū obruncat, & auro Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra famces?

**Prosopopœia**, id est, personæ fictio ait Quintil. lib. 1 x. fit autē cum rebus inanimatis uerba attribuimus, aut quoties inanimatū cum animato loqui facimus. Vergilius lib. 1 1 1 1. Aeneid. Dulces exuuiæ dum fata Deusq; sinebant, Accipite hanc animam, meq; his absolute curis. ubi Dido ad uestes loquitur. Ouid. lib. 1 1. Metamor. terram loquētem inducit cum fluminibus & mari, quod consuetum est fieri in apologis.

**Euphonia**, transfertur à Prisciano bona sonoritas, à Quintiliano uocalitas, ut Ausero pro absiro, & Prosum prodes prodest, pro proës proest.

**Synthesis**, id est, compositio, fit, ut quibusdam placeat, cum singulare collectiuum uerbo plurali componitur. Verg. lib. 1. Aeneid. Pars in frustra secant.

**Allœothesia**, siue Allœosis, figura est permuans partium orationis accidentia: Casum, Vergil. lib. x. Hæret pede pes, densusq; uiro uir. pede pro pedi. Est autem & hic Antiptosis. Numerum: ut iam dicto exemplo, Pars in frustra secant, ubi est Synthesis. Genus: Vergil. Aeglo. 1 1 1. Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis, Lenta salix facto pecori, mihi solus Amyntas. nam ad dulce neutrum, & masculina & foemina reddidit: quanquam dulce exponi potest res dulcis.

**Emphasis**, id est, amplior uirtus, ait Quintil. libro v 1 1 1. altiore præbēs intellectū, quam quæ uerba per se ipsa declarāt. Eius duæ sunt species. Altera quæ plus si-

GLAREANVS LECTORI S. D.

**I**Am pensum hoc me absoluisse putabam, optime lector, cum ecce non exigua grammatices pars huic operi deesse uideretur, nempe Prosodia, negotium immensum, & uel omittendum potius, uel cum dignitate tractandum. Sed uisum est nobis, ut in alijs fecimus, degustationem duntaxat pueris exhibendam esse, aperiendamque uiam ad huius negotij fastigia facilius capeffenda. Satis erit puero, si, qua ratione decem hi accentus instituti sint, intelligat, & aliquot accentuum regulas memorie commendet. Porro id in Latina duntaxat lingua ostendissemus, si ea absque Græca planè percipi posset. Tu fauore tuo in hoc, ut in alijs, nos adiuua, ut sit felix hic noster labor, & iuuentuti utilis.

Neque enim quicquam aliud ueniamur.

Vale.

*Sexto: Proximus ille Procas Troiana gloria gentis. Syl-  
leptim, de qua supra in schematis speciebus. At illa sunt  
constructionis potius quam locutionis figura. Porro lon-  
gum esset si quis omnia nomina, quibus Græci sui  
sermonis ornatum appellant, breui compendio  
enumerare uelit. Meminit multorum præ-  
terea Quintilianus libro VIII. ac*

*IX. Nos breuitati consulen-  
tes hæc satis esse studio-  
so lectori, ac non o-  
mnino curio-  
so puta-  
mus.*

FINIS.

1 4

GLAR

ut Priamides, impudens, pendere. His duobus accentibus ad ostendendum syllabarum quantitatem apud Horatium, ac alios poetas, & sicubi in soluta oratione necessitas postulat, grammatici utuntur.

### Spiritus duo,

Aspiratio, uel Græci δασεία, hoc est, densum nominant accentum: Eo significamus uocali aspirandum esse: ut, ἔκτωρ, ἄλς, habeo, hominis, his, honos. Leuigatio, uel Græci ψιλῶ, hoc est, subtilem uocant accentum: quo accentu notamus leniter & absque flatu uocalem enūtiandam. ut ἑλπίς, ὠήρ, abeo, omnis, is, onos. Atque in his duobus idem uitium committitur, siue adhibeatur temere, ut solent Heluetij ac Germani quidam, siue negligenter omittatur, ut solent Galli atque Itali, Qua in re magis mirari quàm corrigere cōmunem hallucinationem licet.

### Passiones tres,

Apostrophos, id est, auersio. Hoc accentu inuimus syllabæ deesse ultimam uocalem, ut dixtin, intellextin, pro dixisti'ne, intellexisti'ne. Ideoq; ad finem duntaxat dictionum locum habet, cum leuigatio simile ei signum initio dictionum adhibeatur: utraq; tamen supra dictiones, cum hypodiastole infernè ad dictionum finem locetur. Græci sanè frequentius illo utuntur, rariùs Latini, nec alij quàm poëtæ.

Hyphen, id est, subunio, qua male disiuncta connectimus, ut prope diem.

Hypodiastole, id est, distinctio, qua malè connexa disiungimus, ut prope diem tertium. Ponitur autem ad finem dictionis infernè.



HENRICI GLA-  
REANI, POETAE  
LAUREATI,  
DE  
ACCENTIBVS  
PRAECEPTIO-  
NES.



ACCENTVS & apud Latinos, &  
apud Graecos sunt decem:

Tenores tres,

Acutus', quo utimur ad leuan-  
dam syllabam, ut populusq; patresq;

Huius tria sunt loca, Vltima, ut pené fermé: Penultima,  
ut bona. dies: Antepenultima, ut dōminus, pūeri.

Grauis', quo syllaba grauatur, ut ferè ita fit. Eius  
nota non utimur, nisi in ijs quæ natura acuta sunt, sed in  
consequentia grauantur, ut à te. Omnis autem syllaba,  
quæ nec acutum, nec circumflexum habet accentum, gra-  
uatur. Est igitur grauis accentus orationis uelut tenor.

Circumhexus ^ . Hic & acuit, & grauat syllabã,  
componiturq; ex acuto & graui, non ex graui & acu-  
to, nec ex duobus grauibus. Ponitur autem duntaxat su-  
pra natura longam. Eius duo sunt loca, Vltima, ut môs,  
Sapphûs: Penultima, ut mûsa, fuère, dederîtis.

Tempora duo,

Longæ, linea - , qua notamus syllabam longam, ut  
Pelides, in. prūdens, pendēre. Cauendam autem ne nimis  
crassam ducamus, ut uideatur signum m supra literas.

Breuis, linea v, qua breuiem significamus syllabam,

l s ut Priã

in antepenultimam, qualiscunq; fuerit ultima, ut dōminus, pūeri, Geōrgius, áuino, inquīno, pietas, uirginitas, pétulans, meridies, improbus, & cætera.

In polysyllabis autē Græcis dictionibus alia est ratio. Nam si ultima apud eos est longa, accentus acutus cadit in penultimam siue longam, siue breuem, ut Περαμίδης, Ἰταλία, Δημοθένης, Ἀριστοτέλης. Præter Attica, Μενέλεως, & πόλεως. Sin ultima breuis est, accentus acutus cadit in antepenultimam, siue penultima sit longa siue breuis, ut Ἄνερωτος, Φίλιππος, Θεόδωρος, Ἄδωλος. Cuius differentia ignorantia infinitos fecit errores in Græcarum dictionum Latine declinatorum pronuntiatione. Dictio enim Græca, posteaquàm Latinam cepit declinationem, habebit Latinum accentum. Hæc de tenoribus.

Longa linea inuenta est, ut notarentur longæ syllabæ, imprūdens, pendēre, Πεῖδες: uidelicet ambigua lectione impediēte sæpe lectorem. Ita contrà breuis linea inuenta est, ut breues uocales notarentur, ut impūdens, pendēre, Πριάμης.

Daseia est nostra aspiratio h. Vocalibus autem aspirandum esse, nemo est qui nescit, si quidē intelligit, quid spiritus, quid spiro, quid aspiro. Leuigationis autem Latini nullum signum ponunt, neque est necessarium: imò Græci in hoc immodicè anxij fuisse uidentur.

Apostropho Latini in carmine æquè ut Græci utuntur, at rarius scribunt, in ne & ce duntaxat, Græci eo maximè utuntur sequente alia uocali: Latini, sequente etiam consonante. ut, Pyrrhin' connubia seruas? Tanton' me crimine dignum? quod Græci neutiquam faciūt. Latini in soluta oratione rarò utuntur apostropho,  
Græci

**A**ccentus acuti tria sunt loca: Vltima syllaba, ut pené, fálsó, fermé, feré, palám, propé, poné, ós ofsis. Penultima, ut bónus, próbus, amántes. Antepenultima, ut púeri, dominus. Circunflexi duo sunt loca, Vltima syllaba, ut rós, mós, rês, spês, ós oris. Penultima, ut mûsa, docuêre, Románus. Circunflexus accentus non ponitur nisi super syllabam quæ natura est longa. Grauis autem accentus in omneis cadit syllabas, quæ non habent uel acutum accentum uel circunflexum, & est dictionis ueluti tenor: neque unquam signatur, nisi quando, qui natura acutus erat, propter sequentia grauatur, ut poné tribunal, tantundem pené significat. Quoties igitur eius nota ponitur, significamus ex acuto grauem factum. Ceterum apud Latinos omnis tenor pendet ex penultima, apud Græcos ex ultima. Inde sunt Regulæ.

## P R I M A.

Disyllaba dictio apud Latinos tenorem habet in priore syllaba, Circunflexū quidem cum & ea syllaba fuerit natura longa, & sequens correpta, ut Mûsa, mûrus, flôris, rôris, clârus, litus, âurâ, lâctus, sprêtus. Acutum uerò in reliquis omnibus disyllabis, ut dies, bónus, málus, pius, púdens, légens, ámans, dóccens, infans, iners, Pétrus. nisi quæ differentiæ gratia ultimam acuunt, ut pené, feré, &c.

## S E C V N D A.

In polysyllaba dictione si penultima fuerit longa natura, & ultima correpta, accentus circunflexus cadet in eam: ut, Natûra, fortûna, Románus, Sardanapâlus. Alioqui si ultima longa, acutus, ut legétes, libértas, magístri, sacérdos. Sin penultima breuis fuerit, acutus cadet

in ant

The first part of the paper discusses the historical context of the study, tracing the roots of the research back to the early 20th century. It highlights the contributions of several key figures in the field, whose work laid the foundation for the current study. The second part of the paper presents the methodology used in the research, detailing the data collection process and the statistical analysis performed. The results of the study are then presented, showing a clear trend in the data that supports the hypothesis. Finally, the paper concludes with a discussion of the implications of the findings and suggestions for future research.


Græci identidem,

Hyphen & Hypodiasstole, contrariæ passiones ob male scribentium errores iuuentæ sunt, ne uidelicet in codicibus nimie rasuræ officerēt. Quare quæ male disiuncta sunt, per hyphen coniungimus, ut prope modum per peram. Contrâ quæ male coniuncta sunt per hypodiasstolen disiungimus, ut cōspicitur, sus. Hac autem ultima passione frequentissimè utitur nostra ætas, non tantum in syllabis & dictionibus diuidendis,

sed etiam in  
sententiis.

F I N I S.

Idiculum est isto me admonere clitus.  
Quasi istis minorum mei res agatis, q̄ tua  
Tum ego in potimdo periculū nō his haud  
stulte sapio  
Siquidem id sapere est, vellet in id quod nō  
potest, contingere? *Et*





MAGNIFICO, ET ORNATISSIMO  
VIRO ANTONIO FVCCARO AV=  
GVSTANO GEORGIVS  
LOGVS SILESIVS  
S. P. D.

*EQUIDEM, ut ingenue fatear, Antoni optime, iam pridem sæpe negligentiam, ne dicam inertiam meam tacite mecum reputans, ac non sine molesta quadam agnoscens, memet ipse reprehendi, quòd, cum tu is uir sis, ea dignitate, humanitate, & uirtute, ut merito à bonis, & doctis, ac literarum studiosis omnibus & amandus plurimum sis, & colendus: cumq; insuper priuata etiam tua erga me beneficia, ac merita sane non uulgaria extiterint. haec tamen neque scripserim ad te quicquam: neque ullum præterea studij, & obseruantiae, & grati erga te animum mei dederim documentum. Etenim cum Augustæ Vindeliciæ, quæ tibi patria est, annis iam tribus, cum eo tempore Carolus V. Romanorum Imp. inuictissimus, Imperij principibus, & proceribus conuocatis, conualium in ea urbe haberet: in aula inclyti Romanorum ac Pannoniæ & Bohemiæ Regis Ferdinandi uersarer: summa me abs te humanitate, & perquam familiariter acceptum memini, atque tractatum, neque à te modo, uerum etiam à dignissimo, festiuissimoq; uiro Rhaïmondo Fucaro fratre tuo germano. Nam & splendidissimus sæpe conuiujs inter summos & principes uiros, elegantissimosq; homines perhonorifice me adhibuisti in uestris illis amœnissimis, & cultissimis hortis, qui non indigenis modo,*